

ANNALI

DELLA

FABBRICA DEL DUOMO

DI MILANO

DALL'ORIGINE FINO AL PRESENTE

PUBBLICATI A CURA DELLA SUA AMMINISTRAZIONE

*Volume Terzo.*



MILANO

G. BRIGOLA E COMP<sup>o</sup>, EDITORI

*Via Manzoni, 2*

1880.



ANNALI  
FABBRICA DEL DUOMO  
DI MILANO

DALL'ORIGINE FINO AL PRESENTE

ANNALI DELLA FABBRICA DEL DUOMO DI MILANO



MILANO

GIULIO BIANCHI & C.

# ANNALI

DELLA

# FABBRICA DEL DUOMO

DI MILANO

DALL'ORIGINE FINO AL PRESENTE

PUBBLICATI A CURA DELLA SUA AMMINISTRAZIONE

Volume Terzo.



MILANO

G. BRIGOLA E COMP., EDITORI

Via Manzoni, 2

1880.

ANNALI

FABRIZIO DEL DUOMO

DI MILANO

DALL'ORIGINE FINO AL PRESENTE

TRADUZIONE E CURA DELLA SOCIETÀ EDITRICE



MILANO  
LEGGENDI E NOTE  
1878

ANNALI

(1481-1550)

*Vicario arcivescovile:* Giovanni da Viterbo.

*Vicario di provvisione:* Lodovico degli Antini di Parma.

*Ordinari:* Guido de' Castiglioni arciprete, Filippo de' Calvi, Pietro de' Casoli, Andrea de' Fagnano, Lantelmo de' Majno, Giovanni de' Menclozzi, Leonardo de' Plati, Zanotto Visconti prevosto.

*Dottori di collegio:* Gian Giacomo de' Bassano, Rizzardo de' Cusano, Giovanni de' Taverna.

*Avvocati:* Antonio de' Cacarani, Giacomo de' Clivio, Gian Giacomo de' Dugnano.

*Sindici:* Branda de' Dugnano, Candido de' Porro.

*Dei XII di provvisione:* Guido de' Castiglioni, Francesco de' Cojri, Guarnerio de' Glassiate, Gio. Antonio de' Parma, Giacomo de' Pietrasanta, Pietro de' Plati, Michele de' Tosi.

*Deputati delle porte:* orientale, Pietro de' Figino e Prospero de' Lampugnano; romana, Gian Pietro de' Porta romana e Giovanni Visconti; ticinese, Giacomo de' Braschi e Martino de' Curte; vercellina, Giovanni de' Bergamo e Giacomo de' Porro; comasina, Simone de' Barzi e Cristoforo de' Medici di Seregno; nuova, Pagano de' Fiorenza e Bartolomeo de' Landriano.

*Il duca deputa Pietro Antonio Solaro architetto dell'Ospitale maggiore e l'Omodeo del Duomo.*

Addi 12 gennaio.

Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes dux Mediolani, etc., Papiæ Angleriaque comes ac Januae et Cremonae dominus. Toti Solariorum familiae ingenium quasi haereditarium et per manus majorum traditum in architectum fuisse ex eo plane constat, quod in ea multi hodie quoque architecti, quorum non patres solum, verum etiam et avi et abavi et per multos gradus majores architecturam exercuerunt. Horum in numero extat Petrus Antonius, filius quondam Guiniforti nuper defuncti, viri quidem et ingenio et arte mirabili, sine quo nulla fere haedificia nec privata nec publica componebantur erigebanturve; fuit in eo viro tantum architecturae studium, tanta voluptas, tantum desiderium, ut non modo ipse totis sensibus illam coluerit, verum etiam et in ea filios erudierit, et ipsius studiosos ingenti amore sit prosecutus. Cui rei testimo-

nio est, quod filiam Johanni Antonio Amadeo architecto et sculptori excellenti, qui cum priscis illis facile conferri possit, matrimonio conjunxit, et reliquit filium Petrum Antonium, quem supra nominavimus, patri, ut nobis affirmatum est, non inferiorem, quem olim illustrissimus felicis memoriae pater noster honorandissimus patri ipsi ad fabricam celeberrimi templi majoris hujus inclitae urbis nostrae deputato adjunxit, et nos deinde adjunctionem ipsam confirmavimus. Praeerat is Guinifortus haedifitiis nostris omnibus ellectione illustrissimorum progenitorum nostrorum et nostra confirmatione, praeerat fabricae hospitalis mediolanensis, praeerat fabricae templi majoris, ut praediximus, cujus cura sibi a patre et avo in haereditate relicta est, quae praeclarissima opera quantum viri illius ingenium faciant, juditio ea admirantium relinquimus. Eo autem ex humanis sublato, cui potius provintias illas committamus, quam filio generoque non videmus, quoniam alterum patrem referre, alterum nulli ejus artis cedere constans fama est. Merito igitur dictum Petrum Antonium

in fabrica hospitalis et in haediftiis ac negotiis patri, Johannem Antonium vero Amadeum in fabrica templi majoris socero, remanente ad locum suum dicto Petro Antonio, sufficimus et in ejus loco ponimus et deputamus cum eisdem auctoritate, salariis, honoribus, oneribus, praerogativis, comoditatibus et emolumentis, singula singulis congrue referendo, quae dictus quondam Guinifortus pater socerque percipere et habere solitus erat; mandantes magistris utriusque camerae, thesaurario generali ac commissario generali super laboreris nostris, nec non deputatis ad loca et fabricas praedictas, ac ceteris omnibus quibus spectet, ut praedictos Petrum Antonium et Johannem Antonium, singula singulis congrue referendo, in possessionem dictorum officiorum ponant, tueantur et defendant, ac eis de salariis, praeeminentiis et comoditatibus praedictis respondeant et fatiant debitis temporibus respondere, et has nostras concessionis litteras servant ad unguem et faciant inviolabiliter observari. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrari, nostri sigilli impressione muniri.

Datum Mediolani, die 12 januarii 1481.

Sign. B. Calchus.

Addi 20 gennaio.

Magistro Johanni de Mollis, magistro ad erudiendum pueros ad biscantandum in ecclesia majori Mediolani, pro mense decembris proxime praeteriti, l. 6, s. 8.

Addi 25 gennaio.

Johanni Mariae de Buschis (1) magistro campanae, super ratione crediti sui, quod habet cum fabrica occasione manufacturae campanae per eum factae in ecclesia majori, l. 9, s. 14.

(4) Per equal titolo gli furono date poco dopo altre l. 107. Allo stesso furono pagate il 21 novembre 1466 l. 2 « pro ejus solutione et mercede fonditurae marchiarum 220 holzonaliae sive denariorum parvorum, videlicet targhetorum et aliis denariis parvis falziis, datis nomine fabricae ecclesiae majoris Mediolani. »

*Morte dell'ingegnere maestro Guiniforte da Solaro.*

Addi 28 gennaio.

Facta propositione de litteris ducalibus concessis super officio architecti seu inginerii praefatae fabricae eligendi, vacante ipso officio propter obitum quondam magistri Boniforti de Solaro, olim architecti seu inginerii praefatae fabricae; volentes domini deputati maturius providere in comodis ipsius venerabilis fabricae, deliberaverunt primo eligere et tenere praesentium elegerunt et eligunt dominos dom. Candidum de Porris causidicum Mediolani, Christophorum de Seregnio et Martinum de Curte, et quemlibet eorum in solidum, qui habeant curare revocationem ipsarum praetensarum litterarum, specialiter ad eundem ad magnificos consiliarios castri portae Jovis Mediolani, et cum eisdem dandum operam totis viribus ipsorum, quod quaecumque litterae ducales circa hoc negotium tractantes concessae revocentur, ut Dei auxilio ac beatae Virginis mediante, praefati domini deputati possint comodius ipsi fabricae de idoneo inginerio providere.

*Salarj.*

Giovedì, 1 febbraio.

Propostosi se dovevasi ritenere compreso nel numero de' salariati Francesco da Sesto, lavorante sotto la cassina, il quale per dieci mesi e più non fece nulla, ordinarono di porlo sulle liste col salario di den. 9 al giorno, incominciando dalle calende di marzo prossimo futuro.

*Pietro Antonio da Solaro  
figlio di maestro Guiniforte.*

Giovedì, 8 febbraio.

Comparuit Petrus Antonius de Solaro, filius quondam magistri Boniforti, olim inginerii praefatae fabricae, petens et requirens certificari, an deputati velint eum pro inginerio praefatae fabricae, vel ne. Qui domini, audito dicto Petro Antonio, et ne ipse Petrus Antonius stet in ambiguo, ei responderunt, quod in praesentiarum nullum volunt habere inge-

niarium ad praefatam fabricam, et quod si continget velle providere praefatae fabricae de aliquo ingeniario, quod fiet memoria de eo, et quod ceteris paribus, amore dicti patris sui praeretur. Qui Petrus Antonius, audita responsione sibi facta, dixit quod non vult aliquid contra voluntatem praefatorum dominorum deputatorum, licet alias obtinerit certas ducales litteras per eum praesentatas alias in consilio generali praefatae fabricae, et quod eas non impetraverat ad hoc ut vellet dictum officium contra voluntatem dictorum dominorum deputatorum, et quod non vult nisi quod placet dictis dominis deputatis.

Addi 17 febbraio.

L. 105 pagate a Pietro Figino per centinaia 15 e libbre 20 di piombo dato alla fabbrica.

*Collocasi il tesoro nella sacristia a mano destra, ossia degli Ordinarj.*

Giovedì, 1 marzo.

Statuerunt et ordinarunt, quod dom. Bartholomaeus de Landriano, una cum venerabilibus dominis ordinariis praefatae fabricae, ne crux aurea, paramenta et thesaurum praefatae venerabilis ecclesiae, propter maximam humiditatem sacraestiae, in qua reponuntur, devastentur, removeri faciant praedicta omnia, una cum credentiis et gubernaculis, et reponi faciant in alia sacraestia, quae est a manu recta versus curiam magnifici domini capitanei justitiae, prout eis melius videbitur.

*Polizia edilizia. Botteghe da farsi presso il muro della già chiesa di s. Tecla.*

Pro honore et utilitate praefatae fabricae, maxime pro removendis immunditiis, quae sunt et continue congregantur in cimitate plateae juxta murum olim s. Teglae, post quem apodiatae sunt drapariae, statuerunt et ordinarunt et deliberarunt, quod in praedicto loco fiant et constituentur apotecae illi muro respicientes versus praefatam venerabilem majorem ecclesiam apodiatae.

Giovedì, 8 marzo.

Cum sit relatum, quod invenitur persona, quae offert accipere ad libellum hospitium Falconi Mediolani pretio fl. 200 valoris s. 32 imp. pro floreno, singulo anno praestandorum, ordinarunt et concluserunt, quod scripta hujusmodi abbocatione et oblatione, apponantur cedulae pro hospitium ipsum in emphyteosim locando, necnon illa haediftia, quae sunt versus stratam ecclesiae s. Satari, portae romanae Mediolani, et similiter haediftia illa sita in contrata s. Johannis ad concam praedictae portae.

*Indulgenza ricorrente quest'anno all'ospitale maggiore.*

Giovedì, 15 marzo.

Deliberarono assecondarsi la richiesta dei deputati dell'ospitale maggiore, e dare agli stessi in occasione dell'indulgenza plenaria i confessionali, i paramenti e quante cose possano desiderare per decorare l'indulgenza.

*Podestà di Volpedo.*

Sulla richiesta del Comune e degli uomini di Vipecolo di avervi un podestà che risieda in luogo, stante la continuata assenza di Giacomo da Terzago, vi nominarono il nobile Giovanni da Locate, dalle passate calende di marzo fino al principio di giugno.

*Cappella musicale. Salario.*

Sabbato, 17 marzo.

Providerunt quod ex salario presbyteri Sanctini de Tabernis biscantoris in ecclesia, qui provisionem habet flor. 3 mensuatim, detrahatur flor. 1 et ponatur in aequali provisione aliorum biscantorum, et quod dicta detractio fiat domino Jacobo de Littis biscantori nuper electo.

Item de salario presbyteri Johannis Mariae de Marchisiis similiter biscantoris, qui provisionem habet mensuatim de lib. 3, s. 4, detrahantur s. 8, dandi singulo mense antedicto Jacobo de Littis.

*Frati di s. Maria Incoronata in Milano dell'ordine di s. Agostino.*

Addi 20 marzo.

Gli Agostiniani di s. Maria Incoronata in Milano domandano nella chiesa maggiore un luogo per predicare. I deputati deliberarono assecondare la richiesta, attesa la buona fama dei detti religiosi, ed in ispecie del reverendo padre fra' Serafino.

Addi 31 marzo.

Johanni Petro de Mozago ferrario, pro ejus solutione baculorum 2 ferri cum capello uno, et aliarum rerum per eum datarum fabricae, pro ponendo ad figuras s. Ambrosii et s. Rochi ad fenestram s. Galdini foris in ecclesia majori Mediolani . . . . .

*Frati gesuati del monastero di s. Gerolamo.*

Martedì, 3 aprile.

Riferitosi di una controversia fra la fabbrica ed i reverendi gesuati del monastero di s. Gerolamo in porta vercellina fuori di Milano, in causa del materiale consegnato ai medesimi per fare certe vetriere, commisero a due deputati di togliere di mezzo tale differenza.

Il prete Santino de' Taverna reclama contro la deliberatasi diminuzione del suo salario, asserendo essergli fatta ingiuria. Il Consiglio domanda a quattro de' suoi di esaminare di nuovo la cosa e decidere.

*Paratico dei pittori.*

Prodotta a nome del paratico dell'arte dei pittori di Milano domanda, che gli sia assegnato un altare nella chiesa, ed una camera nella fabbrica, dove possano tenere la loro congregazione, offrendo di far fare un'ancona a detto altare ed una vetriera alla finestra, ed inoltre di far celebrare giornalmente una messa al suddetto altare, il Consiglio deliberò l'assecondamento.

*Pozzo sulla piazza della già chiesa di s. Tecla.*

Giovedì, 5 aprile.

Il signor Pietro de' Figino asserisce che l'acqua del pozzo, situato sulla piazza della già chiesa di s. Tecla, è fracida, e che esso pozzo abbisogna di essere spurgato e ristaurato. Deliberarono riadattarsi e spazzarsi detto pozzo a cura dello stesso Figino.

*Indulgenza concessa da Sisto IV per chi visiterà la metropolitana e l'ospitale maggiore.*

Addi 9 aprile.

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Universis Cristifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Dum praecelsa meritorum insignia, quibus regina coelorum Virgo Dei genitrix gloriosa sedibus praelata sidereis quasi stella matutina praeutilat, devotae considerationis indagine perscrutamur, dum etiam intra nostrae mentis archana revolvimus, quod ipsa utpote mater misericordiae et gratiae pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere praegravantur, sedula oratrix et pervigil ad regem, quem genuit, intercedit, dignum quin potius debitum arbitramur, praesertim cum ad id principum catholicorum devotione incitatur, ut ecclesias et loca ad honorem sui nominis dedicata pro maximis illorum fabricis, ac in eis pietatis et caritatis operibus jugiter exercendis graciosis remissionum prosequamur impendiis, ac indulgentiarum decoremus muneribus, spiritualium oblatione donorum ad ea frequentantes fideles ferventius excitantes. Cum itaque, sicut accepimus, ecclesia metropolitana ejusque mirifica fabrica ac hospitale novum, magnum nuncupatum, mediolanense singulari quodam et sumptuoso opere, uti cunctis evidenter intuentibus innotescit, incohata sub vocabulo praelibatae Virginis fundata sint, et ad perfectionem tam ecclesiae quam hospitalis hujusmodi fabricarum, nec non manutentionem hospitalitatis pauperum et infirmorum aliarumque miserabilium personarum confluentium, atque infantium expositorum ad hospitale praefatum et in illo

degentium pia Christifidelium suffragia quamplurimum sint opportuna; nos cupientes ut ecclesia praedicta et capella hospitalis praedicti, ad quas dilectus filius nobilis vir Johannes Galeaz dux et dilecta in Christo filia nobilis mulier Bonamaria ducissa mediolanenses spetialem, ut similiter accepimus, gerunt devotionis affectum, congruis honoribus frequententur, et ecclesiae ac hospitalis praedictorum fabricae celeriter perficiantur, ac in dicto hospitali hospitalitas caritativa hujusmodi manuteneatur et augeatur, ipsique Christifideles eo libentius devotionis causa ad ecclesiam et capellam praedictas confluant, et ad ecclesiae et hospitalis fabricas, nec non manutentionem hospitalitatis hujusmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui hoc praesenti anno a vespere coenae Domini usque ad occasum solis diei Parasceve subsequentis capellam dicti hospitalis, et deinde singulis annis alternis vicibus ecclesiam primo, et capellam praedictas anno subsequenti successive in festo Annuntiationis ejusdem Virginis a primis vespere usque ad occasum solis diei ipsius festi devote visitaverint, et ad fabricarum perfectionem ac hospitalitatis hujusmodi manutentionem manus porrexerint adjutrices, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem auctoritate apostolica elargimur. Et ut fideles ipsi indulgentiam hujusmodi commodius consequi valeant, venerabili fratri nostro archiepiscopo mediolanensi, et eo absente, illius in spiritualibus vicario generali deputandi aliquos confessores ydoneos presbyteros saeculares vel cujusvis ordinis regulares in numero sufficienti, de quo sibi videbitur, et deputatos amovendi, et alios eorum loco surrogandi, quotiens expedire cognoverit, de consensu tamen dilectorum filiorum deputatorum et magistrorum fabricarum hujusmodi, qui festivitatis praedictae et octo illam immediate praecedentibus diebus in ecclesia et hospitali praedictis confluentium eorumdem pro hujusmodi indulgentia consequenda, confessione diligenter audita, pro commissis eorum excessibus et pec-

catis quantumcumque enormibus, atque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, nisi talia forent, propter quae sedes apostolica esset merito consulenda, de absolutionis beneficio providere et poenitentiam salutarem injungere, nec non vota per eos emissa quaecumque, ultramarino, beatorum Petri et Pauli atque Jacobi apostolorum, ac continentiae, castitatis et religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare libere et licite valeant, praedicta auctoritate facultatem concedimus per praesentes. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac quaecumque a nobis et sede apostolica, etiam praetextu cujusvis Turcorum pressurae aut quavis alia de causa, in futurum emanari continget, suspensione indulgentiarum hujusmodi concessarum et concedendarum in genere vel in specie, in qua praesentes litteras et indulgentiam volumus non includi, ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus post viginti annos minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae elargitionis, concessionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud s. Petrum, anno incarnationis dominicae 1481, quinto idus aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

*Cum sigillo pendente.*

*Sign. Sinolfus.*

*Senatori del castello di porta Giovia.*

Giovedì, 3 maggio.

Nella controversia tra la fabbrica e Leone d'Omate, il quale pretende di essere reinvestito della conca di Viarenna, giusta la decisione dei senatori del castello di porta Giovia, il Consiglio, considerando il danno che ne seguirebbe per la fabbrica omettendo la pratica degli incanti, commise a due de' suoi di recarsi dagli stessi senatori, e procurare di persuaderli a declinare dalla loro decisione; e qualora questi rifiutino, debbano andare dal-

l'illustrissimo signor Lodovico (1), ed in fine ad ogni modo esporre le cedole pel detto incanto.

Deliberarono esporsi le cedole d'incanto per alienare il reddito del prestino situato in contrada delle Armi, reddito che si corrisponde dall'appaltatore del dazio del pane bianco, in ragione di fior. 24 per tre quinti.

Sul credito che ha la fabbrica verso il duca di Milano per l'oblazione annua e per una certa quantità di marmo, il Consiglio commise a due deputati di adoperare la maggior cura e diligenza per esigerlo.

Udite le cose esposte con eccessiva asprezza da prete Santino Taverna, relativamente alla diminuzione del suo salario, considerando non essere però la sua richiesta aliena dall'onesto, deliberarono non doversi fare la detrazione prima ordinata, nè per lui, nè per gli altri cantori.

*Ricercasi il posto per ricostruire la demolita chiesa di s. Tecla.*

Il prevosto e i parochiani della demolita chiesa di s. Tecla domandano venga assegnato un altro luogo per poter ricostruirla. Il Consiglio delibera demandarsi ai vicarii arcivescovili e di provvisione e ad altri deputati di esaminare la cosa per comporre la controversia.

Addi 5 maggio.

Magistro Lazaro de Pallazio architectori, super rationes ejus andatae ad Gandulliam pro nonnullis negotiis fabricae . . . .

Addi 7 maggio.

Fratribus yesuatis pro eorum solutione manufacturae retium positaram et ponendarum ad fenestram magnam post altare majus in ecclesia majori Mediolani, l. 4, s. 12.

(1) Lodovico Sforza, che allora maneggiava gli affari del ducato, e fini coll'impadronirsene.

Addi 12 maggio.

Dom. presbytero Jo. Petro de Organis pro ejus solutione biscantandi in ecclesia majori Mediolani, l. 6, s. 8 (per due mesi).

*Podestà di Volpedo.*

Lunedì, 14 maggio.

Aderendo alle istanze del comune e degli uomini di Vulpecolo, confermarono podestà della detta terra Giovanni da Locate per un anno intiero.

Addi 16 maggio.

Magistro Antonio de Solario lapicidae, etc.

Giovedì, 24 maggio.

Facta propositione quod imago dominae s. Mariae a quazono, quae jamdudum debet esse inchoata, a nonnullis advenis in maxima devotione et reverentia habetur, quae imago est penes Petrum Antonium de Solario, filium quondam magistri Boniforti, deliberaverunt ac commiserunt dominis magistris et negotiorum gestoribus praefatae fabricae, qui una cum uno ex magistris laboratoribus super laboreris praefatae fabricae, studeant ipsam imaginem inchoatam, ut supra, subtus cassinam portari facere; deinde finiri faciant quo celerius fieri poterit.

Addi 9 giugno.

Dom. presbytero Matheo de Bonetis capellano deputato sive electo per consilium fabricae ad altare dom. s. Mariae, constructum in medio centri ecclesiae majoris Mediolani, l. 19, s. 4.

*Pesca nella fossa della città, di cui sono moltiplicate le chiuse.*

Giovedì, 14 giugno.

Deliberarono assentire alla risoluzione del contratto d'affitto del diritto di pescare nella fossa della città, perchè l'investito asserisce di non poter più profittare della pesca, essendo state moltiplicate le chiuse in essa fossa.

*Lettera ducale ai magistrati e governatori di Strasburgo.*

Addi 27 giugno.

Magnifici insignesque cives amici nostri carissimi. Questi fabricieri del celeberrimo templo de questa nostra inclyta città stano in suspensione de non fare furnire el tuburio, se prima non consultano bene con optimi ingegneri, utrum le colonne maestre, sopra le quale va fabricato, serano forte e sufficiente a sostenere tanta machina e peso incredibile, quanto haverà esser dicto tuburio, che sarà cosa stupendissima; unde saria eterno vilipendio, se dopo fornito ce occorresse alcuno manchamento. Però essendone per diverse vie fatto intendere del optima sufficientia de lo ingegnere del famoso templo de quella vestra città, pregamovi ce vogliati compiacere in mandarnelo fin qua, o luy o altro più sufficiente che si trovasse in quella patria. Joanne Antonio de Gesa nostro cittadino, quale si manda li ad questo effecto, gli farà bona compagnia per camino. Qua sarà bene ricevuto e meglio tractato, e faremo per modo che l' ritornerà ben contento. Non vi rincrescha ad pigliare questo carico per amor nostro in persuadergli ch'el vegni, che ne fareti cosa grata, e sempre ne trovareti paratissimi a li vestri piaceri.

Mediolani, in arce nostra portae Jovis, die 27 junii 1481 (1).

Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes dux Mediolani, etc.

A. Terzagus.

*I deputati si oppongono alla volontà di Ludovico Sforza di rilasciare ad un terzo parte dei proventi della conca di Viarenna.*

Sabbato, 30 giugno.

In solita camera fabricae venerabilis ecclesiae majoris Mediolani sita in Camposancto, ibi

(1) SCHILTER, *Thesaur. Antiquit. teutonicarum*, Argent. 1698, in chronica Alsaciae Jacobi de Koenigshoven, pag. 561. Così anche il documento 19 aprile 1482. « Quando si cominciò in Milano la fabbrica del tempio, era già da un secolo finita quella del duomo di Strasburgo, e condotta anche quasi a termine l'estremità della sua torre. » CICOGNARA, *Storia della scultura*, t. I, p. 223.

Ad propositionem factam causa habendi quemdam ingeniarium habitantem in Argentina, qui videre habeat tuburium suprascriptae venerabilis ecclesiae, eo maxime quia per multos ingeniarios propositum fuit non esse ulterius procedendum in opere propter multas rationes per eos allegatas, praefati domini mature huic rei providere volentes, ne aliquod inconveniens exinde sequi habeat eorum dominorum deputatorum culpa et defectu, elegerunt et praesentium tenore eligunt contrascriptos dominos Petrum de Figino et Johannem de Pergamo, qui adeant illustrissimum dom. Ludovicum, eidem petendo litteras opportunas causa habendi ipsum ingeniarium vel meliorem, si haberi poterit. Dantes eisdem pro ingeniario ipso habendo potestatem et omnimodam facultatem faciendi omnia et singula in praedictis et circa praedicta necessaria.

Addi 17 giugno.

Ad propositionem factam causa habendi quemdam ingeniarium in partibus Argentinae existentem, praefati domini, exceptis dom. Petro de Figino, dom. Martino de Curte et dom. Jacobo de Braschis, deliberaverunt et concluserunt, quod Johannes Antonius de Glaxiate se transferat cum quodam corrierio in partibus illis pro ipso ingeniario habendo, eo quia contrascriptus dom. Johannes de Pergamo, cui facta fuerat commissio, una cum dom. Petro Figino, elligendi quemdam nuntium fidatum, qui se transferre haberet in partibus illis Argentinae, recusavit ipsam commissionem executioni velle demandari.

Addi 26 giugno.

Nicolao de Lugano et soto pro ejus solutione manufacturae unius puthei, per eos facti et constructi super platea olim s. Teglae pro apothecis fabricae venerabilis ecclesiae majoris, l. 5, s. 10.

Simoni de Hera et soto magistris a muro, pro eorum solutione operum suorum in fatiendo portam campi sancti de muro, l. 3, s. 6.



dem congregatis dominis regimini praefatae fabricae deputatis mandato magnifici domini vicarii provisionum, ad instantiam spectabilium virorum dominorum Johannis Jacobi de Dugnano eximii legum doctoris, et Johannis Petri de Porta romana, habentium nonnulla proponere parte illustris dom. Ludovici, surrexit praefatus dom. Johanne Jacobus, praecedentibus tamen jussu et licentia praefati dom. vicarii, et dixit infrascripta verba seu equipollentia, quod die jovis proxime praeterito, dum vocatus fuisset praefatus dom. Johannes Jacobus, una cum dicto dom. Johanne Petro, per quemdam nuntium nomine illustris dom. Ludovici, ut hora XXII accederent ad ejus dominationem, et dum illuc accessissent, et hoc notificari fecissent suae illustri dominationi, exiverunt a loco, ubi ejus dominatio aderat, reverendus pater dom. Jacobus Antiquarius et magnificus dom. Aluysius de Terzago, qui eisdem ambobus parte illustris dominationis suae dixerunt, qualiter ejus dominatio non mediocri affectione prosequeretur fabricam ecclesiae majoris Mediolani propter immensam devotionem, quam habebat versus gloriosam Virginem, sub cujus titulo fundata erat dicta ecclesia, et quidem non minorem quam illustres praedecessores sui habuerunt; et quod intendebat non modo in hoc negotio, verum in omni alio, quod tangeret decus et utile dictae fabricae, semper et omni tempore se promptum et fauctorem exhibere. Verum cum intelligeret ex concha, alias per illustrissimos ejus praedecessores ad eorum beneplacitum donata dictae fabricae, de praesenti dictam fabricam percepturam libras 900 imp. plus solito, non intendebat ejus illustris dominatio dictam donationem, licet ad beneplacitum sit, revocare, nec auferre dictae fabricae redditum ex ea pervenientem in totum, sed cupiebat ob fidem et devotionem, quam adversus eum et illustrissimorum praedecessorum statum habuerat Leo de Homate ac ejus genitor dom. Stefanus, ob aliquale signum dilectionis ex dicto redditu, qui ultra solitum ascendere speratur ad libr. 900 imp. in anno, dicto Leoni libras 400 in anno in perpetuum conferre, solvendas quolibet anno per dictam fabricam, de quo quidem ejus illustris dominatio nequaquam dubitabat dominos deputatos ad dictam fabricam contentari. Quibus et aliis similibus, licet elegantiori stillo prolatis,

per praefatos dominos Johannem Jacobum et Johannem Petrum auditis, responderunt et dixerunt, quod ea omnia referrent aliis dominis deputatis, et quicquid ab ipsis dom. deputatis habuerint, eorum reverentiae et magnificentiae incontinenti palam fieret. Itaque deliberent modo vestrae spectabilitates, quid super praemissis sit respondendum. Quibus auditis, multa hinc inde verba dicta fuerunt, continentia aliqualem admirationem propositorum; dehinc punctus elevatus est, ut super eo voces haberentur singulorum; et ut voces magis liberae forent, ordinatum fuit ut balotae in secreto darentur, an videlicet consentiendum foret dicto oneri librarum 400 imp. imponendo redditui dictae conchae, an vero dissentiendum. Tandem projectis balotis, repertae fuerunt omnes balotae in id concurrere, quod dicto oneri non consentiatur, nec ulla balota (quod quidem mirabile visum fuit) in contrarium fut reperta; imo voce aperta omnes dixerunt nequaquam consensuros, quod dictum onus nec aliquod aliud etiam minus dicto redditui apponatur. Propterea quia dictae fabricae deputati sunt, ut utile et decus dictae fabricae procurant, quod ubi dicto oneri consentirent, secus facerent in praedictum eorum animarum, et ubi ex sudoribus ac laboribus, quos quotidie amore Virginis intemeratae sustinent absque aliquo salario aut praerogativa, meritum consequi credunt saltem in alio saeculo, consentiendo similibus nequaquam dubitant se ignominiam in praesenti saeculo et praedictum animarum suarum in alieno consecuturos; non parvi facientes etiam murmurationem totius civitatis, tam nobilium quam popularium, et etiam rumorem laboratorum dictae fabricae, quorum magnus est numerus, qui quidem se et eorum filios nutriunt ex redditibus dictae fabricae, et qui quidem minimus est respectu expensarum et etiam respectu temporis praeteriti, qui quotidie eos deputatos improperant et aliquando judicant eos hoc in negotio negligentes, apud quos ubi dicto oneri consentiretur, fama non esset sine magna labe et macula. Et ideo omnes una voce etiam supplicant et hortantur ejus illustrem dominationem, cujus sunt obsequentissimi servitores, ne dicto oneri manum apponat, quia res est magni ponderis, sed dictam donationem illibatam permittat; et ubi cupiat habere gra-

tiam intemeratae Virginis, et summis laudibus et praeconiis ad coelum usque extolli per universum populum hujus civitatis, quaerat apud illustrem principem nostrum dictae donationis perpetuitatem impetrare, ut in futurum similes difficultates cessent. Et ita una voce omnes palam et secrete in balotis concluderunt.

Martedi, 3 luglio.

Confermarono la deliberazione precedente, e decisero di mandarne copia al duca, da consegnare nelle sue proprie mani.

Addi 26 luglio.

Praeterea coram praefatis dominis deputatis domini magistri et negotiorum gestores praefatae fabricae, quibus facta fuit commissio die 24 maji proxime praeteriti, quatenus studerent habere illum lapidem marmoreum, qui est penes Petrum Antonium de Solario, super quo ordinatum fuit debere intaliari effigies gloriosissimae Virginis Mariae a quazono, retulerunt et refferunt, quod ipse Petrus Antonius eis responsum dedit, quod ipse Petrus Antonius vult et intendit perficere ipsam effigiem. Praefati domini ordinaverunt, commiserunt et praeceperunt dominis magistris et negotiorum gestoribus praefatae fabricae, quatenus omnino cogant ipsum Petrum Antonium ad dandum et consignandum praedictum lapidem, et quod super eo perfici faciant ipsam effigiem a magistris laborantibus sub tus cassinam; et hoc attenta devotione, quae per multos teutonicos et partium longinquarum habetur ipsi effigiei, et attento etiam quod jam dudum ordinatum fuit, quod ipsa effigies perficeretur.

Addi 7 agosto.

Jo. Petro de Varesio lapidariae pro ejus solutione manufacturae sive sculturae unius figurae, per eum factae et extimatae per dominos Christoforum et Baptistam de Morexinis, alterum ex negotiorum gestoribus, l. 4.

*Gian Galeazzo Maria Sforza concede di far fabbricare una nuova chiesa di s. Tecla in fine della piazza del Duomo.*

Addi 10 agosto.

Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes dux Mediolani, ac Papiae Angleriaeque comes ac Genuae et Cremonae dominus. Supplicationes recepimus nomine praepositi et parochianorum s. Teglae hujus urbis nostrae Mediolani, tenoris hujusmodi, videlicet: « Illustrissime et excellentissime princeps. Expono humelmente li vestri fidelissimi servitori, el preposito de sancta Tegla, et tuti quanti de epsa parrochia de sancta Tegla, como è vinti anni passati fu demolita quella eccellente et plena de devotione la chiesa de sancta Tegla, per fare che la piazza del domo fosse grande et spatiosa, et se rendesse più ornata, promettendo pure le felici recordatione de li avi de V. S., cioè la excellentia del ducha Francischo et duchessa Blancha, auctore de epsa demolitione, che per ognia modo ne farebbero construere una altra chiesa de sancta Tegla, como de presente se potrebbe fare fede et locupletissimo testimonio; per el pur per insina al presente non è facta provisione alcuna. Il perchè dicto preposito et parochiani ne patisseno infiniti prejuditii et in temporale et in spirituale, et in detrimento del anima et del corpo; nam se ritrova più de XII mila anime de epsa parrochia essere in effecto senza alchuno, che in li bisogni suoy li administra li debiti sacramenti per la absentia del preposito, quale se ritrova senza domicilio nè habitatione vicino ali parochiani suoy per dicta demolitione, et già molti de epsa parrochia sono morti senza confessione et altri ordini ecclesiastici, per non havere el suo preposito in loco comodo; sono etiam morti alcuni fangiuli senza baptismo, et insuper li bisogna mendicare loro la sepoltura in le altre chiese con suo grande incomodo, damno et vergogna; e senza erubescenza et disconzo le done et fantine da marito se confesseno et comunicano ne la chiesa maggiore per el grande concorso de gente li passante, per che è quasi loro in publico discorso. Unde volendo dicti preposito et parochiani providere a tanti absurdi, damni et vergogne, hanno convenuto de fare opera, vogliando le V. S., per

la constructione de epsa chiesa de sancta Tegla, tum per la devotione de epsa chiesa, quale è sempre habiuta in grandissima veneratione in questa cità, tum etiam per la commodità adjunctasse et servisse alli bisogni de epsi parochiani. Tandem è lo apparere de tuti, che dicta chiesa commodissimamente et cum gran ornamento de la cità se potrebbe fare nel fine de la piazza del domo, unde altre volte fu dicta chiesa, et per majore intelligentia ne hano participato dicti parochiani cum alchuni ingignieri del comune de Milano, verisimelmente amatori del ornato de questa cità et del ben publico. De quali apparere è stato, che tale constructione serà di grandissimo ornamento de epsa piazza del domo et de la ducale corte, et che dicta piazza fara molto più bello videre che non fa al presente, non per tale fabrica sarà troppo angusta o pichola, anze remanerà longa più de centocinquanta brazza, faciendo dicta chiesa non molto grande et in forma a spincha, come è lo apparere de tutti. Sicché supplicano humilmente li prefati, che attentis praedictis, et maxime la gran devotione et veneratione habiuta di sancta Tegla, et la grande incommoditate et damni de epsi parochiani, tum etiam per lo futuro ornamento a questa cità et utilitate publica et comune, se degna le Signorie Vestre concedere plena et libera licentia et facultate de hedificare dicta chiesa de sancta Tegla in el fine de dicta piazza, per che habiando effecto questo hedifitio, sarà etiam satisfacto alla opinione et desiderio de le predice felice recordatione de li avi de V. S., a la quale humelmente se recomandano. » Cum autem supradictorum supplicantium voluntas non nisi honesta et pia censerì possit, quippe quae ad animarum suarum salutem, ad divini cultus incrementum, et urbis hujus ornamentum procul dubio tendit, eidem admittendum censemus, praesertim cum a nonnullis summi ingenii publicis architectis facti sumus certiores, nihil pulchritudinis adimi ex suprascripta concessione templo majori hujus urbis aut plateae quae ipsum anteaest, sed fore potius ut omnia pulchriora et magis decentia videantur. Proinde tenore praesentium ex certa scientia licentiam concedimus, et potestatem omnimodam facimus praedictis supplicantibus et quibusvis aliis personis ad id contribuere volentibus, ut su-

praedictam ecclesiam sub vocabulo s. Teglae haedificari ac construi facere possint in loco et formis ac modis superius expressis tute, libere et impune, aliquibus in contrarium facientibus non attentis, quibus in hac parte, quantum ad nos attinet, derogamus; cum hac tamen declaratione, quod ipsi supplicantes teneantur solvere et satisfacere quibuscumque habentibus jura vel meliora merita super domibus, quae pro tali constructione demolientur, aut in locis, in quibus haedificari talem ecclesiam contigerit; quod si inter se se concordēs non remanserint, ex nunc declaramus et volumus ipsos supplicantes dare et solvere debere pro juribus et melioramentis, hiis quorum fuerint, quicquid declarabit vicarius provisionum communis Mediolani, una cum duobus architectis seu inginiariis ipsius comunis. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrarì, nostrique sigilli munimine roborari. Datum Mediolani, die 10 augusti 1481 (1).

(1) Che la vecchia chiesa di s. Tecla, demolita nel 1461, fosse già anticamente insigne, lo dimostra la bolla di papa Eugenio III (1145), esistente in copia assai antica nell'archivio della fabbrica, che qui di seguito riportiamo:

Eugenius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Azoni praeposito ecclesiae s. Teglae mediolanensis, ejusque fratribus tam praesentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Piae postulatio voluntatis effectus debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et praefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quaecumque bona in praesentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, sive aliis justis modis praestante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permanent. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: cimiterium ipsius ecclesiae, cum domibus et aedificiis, quae ad utilitatem et servitium ipsius ecclesiae et fratrum ibidem constructa sunt, aut in futurum a vobis vel successoribus vestris rationabiliter aedificabuntur, quemadmodum haec tenus in pace rationabiliter tenuistis et possedistis. Praeterea rationabilem consuetudinem in eadem ecclesia cantandi, legendi, praedicandi, pro fidelibus defunctis officium celebrandi, videlicet in vigiliis, laudibus et vesperis, auctoritate vobis apostolica confirmamus, et ut nullus ibidem hoc immutare, vel novum aliquid superinducere praesumat, modis omnibus prohibemus. Sepolturam quoque

Addi 23 agosto.

Magistro Gotardo de Casteleto et uno famulo, pro eorum solutione operum 3 in solando ad altare pictorum l. 2, s. 2.

*Giubilazione di un vecchio servitore.  
Misura di pensione mensile.*

Giovedì, 27 settembre.

Giovanni da Licurti, inserviente della fabbrica, chiede gli sia continuato il salario, quantunque non possa servire, attesa la sua vecchiaia. Deliberarono di assecondarlo, assegnandogli il salario mensile di s. 32.

*Il duca revoca a Leone da Omate  
la concessione d'una conca nel naviglio grande.*

Addi 5 ottobre.

Dux Mediolani, etc. Venerabiles dilecti nostri. Per digni respecti havemo revocata, et per te-

ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepelliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate, et mediolanensis archiepiscopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic bonae actionis fructum percipiant, et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Bene valeat.

Ego Eugenius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi.  
† Ego Conradus sabinensis episcopus subscripsi.  
† Ego Albericus hostiensis episcopus subscripsi.  
† Ego Hymarus tusculanensis episcopus subscripsi.  
† Ego Humiliardus presbyter cardinalis tituli sanctorum Johannis et Pauli subscripsi.

nore de la presente di certa scientia revocamo et annullamo la concessione havevamo facta ad Leone da Omate de certa choncha sul naviglio grande, sive de parte d'essa, et reducemmo le cose in quelli termini et gradi, che erano nante facessimo dicta concessione, et perinde como se mai non l'havessimo facta. Del che n'è parso dare noticia, perchè intendiati che haveti ad tenere per nulla et irrita dicta concessione, et ad retractare omne acto fosse facta per vigore de dicta concessione. Datum Mediolani, 5 octobris 1481.

Sign. B. Calchus.

*A tergo: Venerabilibus et nobilibus dilectis nostris deputatis ad fabricam ecclesiae majoris Mediolani nostris dilectis.*

Addi 15 ottobre.

Magistro Christoforo de Mottis pictori, super ratione ejus manufacturae capitulorum 8 vidria-

† Ego Gisliber presbyter cardinalis tituli sancti Marci subscripsi.  
† Ego Guido presbyter cardinalis tituli sanctorum Laurentii Damasi subscripsi.  
† Ego Manfredus presbyter cardinalis tituli sanctae Sabinae subscripsi.  
† Ego Villanus presbyter cardinalis tituli sancti Stefani in celio monte subscripsi.  
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosmae et Damiani subscripsi.  
† Ego Guido in romana ecclesia altaris ministerio indignus subscripsi.  
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli subscripsi.  
† Ego Berardus diaconus cardinalis sanctae romanae ecclesiae subscripsi.  
† Ego Jacinctus diaconus cardinalis sanctae Mariae in Cosmydyn subscripsi.  
† Ego Yordanus diaconus cardinalis sanctae romanae ecclesiae subscripsi.  
† Ego Petrus diaconus cardinalis sanctae Mariae in via lata subscripsi.

Datum Viterbi per manum Roberti, sanctae romanae ecclesiae presbyteri cardinalis et cancelarii VII idus novembris, indictione sexta, incarnatione dominicae anno MCXLV. Pontificatus vero domini Eugenii III papae anno primo.

*Suggello a penna colla leggenda nel mezzo: Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Eugenius papa III. In giro: Fac mecum, Domine, signum in bonum.*

tae per eum fiendae historiae Apocalypsis super una fenestra magna post altare magnum ecclesiae majoris Mediolani, l. 50, s. 10.

Addi 16 ottobre.

Dom. presbyteris societatis B. V. Mariae et 12 apostolorum Mediolani, pro eorum remuneratione annualis quondam presbyteri Ambrosii de Paganis, l. 1, s. 12.

Addi 21 ottobre.

Proposito quod nonnulli vicini s. Teglae praesumptuose et de facto occuparunt et occupatam detinent partem plateae praefatae majoris ecclesiae pro reconstruendo et reaedificando praedictam ecclesiam s. Teglae jamdudum demolitam pro utilitate, ampliacione et ornamento praefatae majoris ecclesiae, praefati domini deputati ordinaverunt pariter et concluderunt, quod reverendus dom. vicarius reverendissimi dom. archiepiscopi Mediolani, venerabiles domini praepositi Vicecomes et Philippus de Calvis, magnificus dom. vicarius provisionum Mediolani, nec non spectabiles legum doctores domini Antonius de Cacharanis et Johannes Jacobus de Dugnano, dom. Johannes Petrus de Porta romana, dom. Jo. Jacobus de Porris et dom. Bartholomaeus de Landriano adeant illustrissimum dom. Ludovicum Mariam, illustrissimi domini nostri dom. ducis Mediolani gubernatorem, eidem proponentes ordinationes a principio ipsius majoris ecclesiae per populum Mediolani factas circa demolitionem praememoratae ecclesiae s. Teglae, et quod haec demolitio processit auctoritate summi pontificis et dispositione praelibatae bonae memoriae illustrissimi dom. ducis Francisci olim ducis Mediolani, etc., et prout eorum prudentiae videbitur, quibus hoc negotium per praesentes commiserunt et committunt.

*Opere che si fanno fare nella casa d'abitazione dell'arcivescovo.*

Giovedì, 23 ottobre.

Deliberarono acconsentire alle richieste fatte a nome dell'arcivescovo di far costruire un

nuovo pozzo nella casa sua, perchè l'attuale non dà acqua buona.

Addi 22 novembre.

In solita camera fabricae venerabilis ecclesiae majoris Mediolani interposita propositione, quod quidam nobilis civis se obtulit fabricae dono dare ducatos 10 auri, cum hoc quod expendantur in fieri faciendae capitula 8 invidriatae Apocalypsis, opponendae ad fenestram post altare majus praedictae ecclesiae; praefati dom. deputati, attendentes quod hoc cedit in honorem et utilitatem praefatae majoris ecclesiae, elegerunt et praesentium tenore elligunt dom. Petrum de Figino et Jacobum de Braschis, qui alloqui debeant praedictum civem, et ad executionem praedictorum capitulorum procedant, prout eorum prudentiae videbitur.

Causa cujusdam erroris, ut asseritur, commissi in invidriata facta ad fenestram s. Johannis Evangelistae, praefati domini deputati, recolentes se alias commissionem fecisse dom. Petro Figino et dom. Johanni de Pergamo, in praesentiarum infirmo, occasione dictae invidriatae, ne per longa tempora rei ipsius expeditio deducatur propter infirmitatem ipsius dom. Johannis, denuo elegerunt et praesentium tenore eligunt dominos Petrum de Figino et Jacobum de Braschis loco praedicti dom. Johannis, qui praedictum errorem intelligant, et praedicta omnia circa restaurationem materiae ac perfectionem ipsius invidriatae faciant, prout eorum prudentiae videbitur; dantes eisdem per praesentes omnimodam auctoritatem et potestatem in praemissis et circa praemissa necessaria procedendi, etc.

Addi 25 novembre.

In solita camera fabricae venerabilis ecclesiae majoris Mediolani, causa habendi quemdam ingeniarium, ad hoc ut intelligi possit, si in turibio praefatae majoris ecclesiae adest aliquis defectus, interposita fuit propositio; praefati dom. deputati, matura deliberatione inter eos praehabita, concludendo ordinaverunt, et per praesentes elligerunt dom. Johannem Petrum de Porta romana, Petrum de Figino, Bartholomaeum de Landriano et Christophorum de Se-

regnio, qui elligere debeant aliquam personam idoneam, quae se transferre habeat in partibus Argentinae causa praedicta, ita tamen quod quicquid duo ex eis fecerint, valeat, dantes eisdem pro praedictis exequendis omnem potestatem et auctoritatem.

Addi 4 dicembre.

Guilelmo de Baviera pro ejus solutione centenariorum 3 auri in foliis, pro ponendo ad clavem capellae Quattuor Coronatorum, l. 9.

Addi 8 dicembre.

Antonio de Benzonibus lapicidae, pro ejus solutione lapidum 29 ab ostio et fenestra per eum datorum et venditorum fabricae ac etiam lab. 8 a balchono, l. 5.

Addi 13 dicembre.

È nominata la « campana mediocris, » alla quale fu appesa una catena per suonarla, di libbre 39, e costò l. 5, s. 17.

*Nominarono ufficiali per l'anno venturo:*

Giovedì, 27 dicembre.

Al magistrato, Andrea de' Castiglioni e Battista de' Moresino.

Alla cancelleria, Alberto de' Porro.

Alla tesoreria, Gian Pietro de' Porro.

All'esattoria, Gian Antonio de' Parma.

Alle munizioni, Gian Antonio de' Glassiate.

Alle liste, Nicolò de' Vicomercato.

Alla sovrastanza sotto la cascina, Matroniano de' Bossi.

Alla sovrastanza alle spalle della chiesa, Ottaviano Surrigone.

Alla fattoria, Antonio de' Briosco.

Addi 3 aprile.

Magistro Gotardo de Scotis pictori, super ejus credito quod habet cum fabrica, occaxione unius imaginis per eum factae ad betolinum Cassini Pismontis, clavis unius marmoris Quatuor Coronatorum positae in ecclesia majori, tabulae unius miraculi noviter facti, nec non capceli positi de supra banchum praedicatoris, l. 20.

Addi 4 aprile.

Magistro Jo. Petro de Mozate ferrario, pro eius solutione bachuli unius ferri pastoralis positi ad figuram s. Ambrosii cum scutica ferri, nec non spatuae unius ferri positae ad figuram s. Protasii, et veretonorum 15 ferri positorum ad figuram s. Sebastiani, l. 3.

*Il duca ricerca un ingegnere tedesco  
a Strasburgo.*

Addi 19 aprile.

Magnifice amice noster carissime. Rogavi-  
mus per litteras superioribus mensibus magnificentiam vestram, ut cum in hac urbe nostra templum ad honorem beatae Mariae Virginis mirae magnitudinis et pulchritudinis struatur, nec deesse velimus quominus omnia rectissime fiant, et tanto operi nihil imputari queat, ad nos mittere vellet quemdam architectum seu ingeniarium, quem isthic praestantissimum esse intelligebamus, ut templum ipsum videre et omnia recte metiri valeret, ac suum super agendis iudicium edocere; et quia idem architectus non venit, et ut veniat eodem tenemur desiderio, rogamus rursus magnificentiam vestram, ut nos hujuscemodi voti compotes efficiat, et ipsum architectum

(1) Sino all'anno 1489 non sono registrati i nomi dei deputati.

mittat; id enim gratissimum habebimus, parati in similibus et majoribus vobis gratificari, et hac de causa mittitur isthuc praesentium lator cum facultate praebendi modum ipsi architecto veniendi. Mediolani, 19 aprilis 1482.

Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes dux Mediolani, etc.

*Sign. B. Calchus.*

*A tergo:* Magnifico amico nostro carissimo domino Petro Scotto, gubernatori civium et consiliario civitatis Argentinae, praefectoque fabricae templi majoris ibidem.

Addi 22 aprile.

Laurentio de Argentina teutonico l. 99 imp., sibi datas die usque 19 aprilis... per ipsum portandas ad civitatem dictae Argentinae cuidam ingeniario nomine... pro emendo unum equum, et pro expensis sibi fiendis causa veniendi Mediolanum ad videndum tuborium ecclesiae majoris Mediolani pro errore tolendo, si quis error est in eo.

Addi 22 giugno.

Magistro Nicolao de Varalo magistro a vitriatis, super ratione manufacturae capitulorum octo per eum factorum in ecclesia majori Mediolani, l. 12.

Addi 4 luglio.

Magistro Nicolao de Varalo magistro a vitriatis, pro ejus solutione capitulorum octo vitreatae per eum factorum ad historiam Apochalypsis, positorum in opere ad fenestram magnam in ecclesia post altare majus, ad computum lib. 10 pro singulo capitulo l. 80, de quibus detrahantur in una parte l. 40 imp. ei numeratae per quamdam nobilem personam quae non vult nominari.

Addi 7 agosto.

Andreae de Rusconibus magistro ferraritia super ratione manufacturae ferratae in centro ecclesiae majoris Mediolani, l. 8.

Addi 14 agosto.

Stefano de Figino et certis aliis, pro eorum solutione capsarum lampadarum bronzii sive lotoni num. 5, ad computum s. 11 pro singula, emptarum pro usu altaris dom. s. Mariae noviter constructi in ecclesia, nec non pro lampadibus 5 vitri ponendis in dictis capsis, l. 2, s. 19.

Addi 23 agosto.

Magistro Enrico theutonico stampatori litterarum (1), pro ejus solutione stampandi litteras 200 monitorias directivas quibuscumque religiosis, nec non presbyteris parochiarum Mediolani et alibi, continentes si quis sciverit vel habuerit de bonis et rebus quondam dom. Thomaxii de Grassis, spectantibus fabricae haeredi, pro sua contingenti portione, l. 5.

Addi 31 agosto.

Sanctino mercatori auri batuti, pro ejus solutione 200 foliae auri batuti, fini, per eum dati et venditi fabricae, positi in opere ad imaginem et figuram dom. nostrae s. Mariae de quazono, positae in ecclesia majori Mediolani, l. 5, s. 12.

Addi 4 settembre.

Gregorio de Busti, pro ejus solutione libr. 50 araminis fillati, causa fatiendi retia pro vedriatis, l. 15, s. 12, d. 6.

(1) Era questi lo Scinzenceler, chiamato promiscuamente Enrico od Ulderico, ed anche *Henrico tedesco*. Così almeno pensa il SASSI, *Hist. Liter. Typogr. Mediol.*, pag. CV. Sono nell'Ambrosiana due esemplari dei *Sermoni di s. Bernardo sopra la Cantica*, « impressi a Milano per Magistro Henrico Scinzenceler tedesco a di ultimo del mese di zugno M. CCCC. LXXXVIII. »

Addi 14 settembre.

Magistro Andreae de Rusconibus magistro ferraritia, pro ejus solutione libr. 796 ferri laborati, causa fatiendi ferratam circhum altare s. Mariae in centro ecclesiae majoris Mediolani, l. 63.

Addi 23 ottobre.

Magistro Christoforo de Motis pictori, pro ejus solutione capitulorum vidriatis 8, positus post altare majus in Apochalipsis s. Johannis, ad computum l. 10 imp. pro singulo capitulo, l. 80, de quibus detrahantur l. 49, s. 10, habitis ab uno teutonico.

Eidem pro ejus solutione br. 50 retis araminis, causa ponendi ad vidriatas, l. 8, s. 15.

Addi 23 novembre.

Magistro Gotardo de Scotis pictori, pro ejus solutione manufacturae pingendi certas figuras dom. s. Mariae, nec non pingendi clavem unam a volta Quatuor Coronatorum, positam in opere in ecclesia, l. 55, s. 10 imp.

Addi 9 dicembre.

Magistro Francisco de Cremona rechamatori, pro ejus solutione scudi duo positi ad unam planedam zambeloti gialdi, l. 1, s. 4.

Addi 23 dicembre.

Simoni de Gintiago, pro ejus solutione capsarum lotoni, causa ponendi lampadas positas in centro ecclesiae majoris Mediolani num. 10, aestimatas per magistrum Lazarum de Palatio, l. 5.

Magistro Jacobo de Chazaguera magistro planetarum, pro ejus solutione planetae duo factae venerabili fabricae, videlicet planetam unam drapi albi et alia zambeloti gialdi, l. 4.

Addi 1 gennaio.

Antonio de Tinctoribus clerico constituto ad serviendum ad altare s. Mariae, situm in centro ecclesiae majoris, ad computum, l. 1, s. 6 imp. singulo mense . . . . .

*Convenzioni con Giovanni Nexemperger da Gratz pel tiburio.*

Addi 16 maggio.

Pacta et conventiones factae inter certos syndicos praefatae fabricae parte una, et magistrum Johannem de Gratz de Alamania ex altera, in effectu quod dictus magister Johannes teneatur et obligatus sit ad festum s. Michaelis proxime futuri venire ad laborandum et exercendum personam suam et ingenium suum circha reparationem et perfectionem thiburii praefatae ecclesiae majoris, et praefati domini deputati teneantur et obligati sint dare dicto magistro Johanni pro suo sallario et provixione florenos centum octuaginta Reni auri et in auro omni anno, solvendos singulo mense ad ratam pro rata sine aliqua exceptione, incipiendo annum respectu dicti sallarii dicti magistri Johannis et infrascripti subingenierii, quando ipse magister Johannes ceperit iter et recesserit a domo sua pro hic veniendo.

Item quod praefati domini deputati teneantur dare praedicto magistro Johanni domum commodam, videlicet cameram unam, in qua est relogium praefatae fabricae, et cameram in qua cantant biscantores, sitas deversus campum sanctum praedictae ecclesiae majoris, et alias duas cameras sitas deversus capelam dom. Marcoli Careli, cum lobia clauxa assidibus, contiguas dictis duabus proximis cameris, pro usu et habitatione ipsius magistri Johannis et personarum octo, quas ipse magister Johannes dixit velle tenere secum, et fornimenta domus, videlicet lectos, linteamina, copertas pro

dictis lectis, lecteras, vaxa a vino, bancha, scampna, tripodes, tabulam, credentiam, capsas magnas, calderam unam magnam pro faciando bugatam, lebetes duas, padelas duas, cathenas duas a focho, par unum brandenarium, tovalias quatuor et mantiletos sedecim; et praedicta omnia dictus magister Johannes teneatur et obligatus sit reddere et restituere talia qualia erunt praefatis dominis deputatis.

Item quod dictus magister Johannes possit ire semel in anno in Alamania, dummodo non stet plus de mensibus duobus cum dimedio ad revertendum, et quod propter hoc non diminuat dictum suum salarium, quod salarium diminui nec aliquo modo retineri debeat nec possit, ubi dictus Johannes gravaretur infirmitate. Hoc acto et dicto, quod quando voluerit ire in Alamania, quod vadat cum licentia praefatorum dom. deputatorum, et in tempore magis comodo praefatae fabricae, quam licentiam praefati dom. deputati dare teneantur; et si neglexerint eam dare, quod dictus magister Johannes, quando eam licentiam petierit semel, bis vel ter, possit ire in Alamania ut supra dummodo vadat tempore magis comodo praefatae fabricae, licet ipsi dom. deputati sibi licentiam non dederint; et quod etiam praefati dom. deputati teneantur dare licentiam dicto magistro Johanni, ut possit accipere aliud laborerium in Mediolano vel alibi, modo non sit nullum detrimentum laborerio dictae ecclesiae; et si ipse magister Johannes steterit plus de mensibus duobus et dimedio ad revertendum de Alamania, pro eo casu diminuat dictum salarium ad ratam pro rata illius pluris temporis ditorum duorum mensium et dimedii.

Item quod praefati dom. deputati teneantur praeservare exemptum ipsum magistrum Johannem per totum dominium illustrissimi domini dom. nostri ducis Mediolani a quibuscumque datis et pedagiis et sotios, quos secum habebit pro dicto opere fiendo ut supra, cum

omnibus suis utensilibus, quae secum portabunt pro dicto usu et causa operis praedicti.

Item quod tapae, quae fiunt per magistrum a lignamine dicti magistri Johannis in squadrando et laborando lignamina, sint dicti magistri Johannis pro suo usu.

Item quod dom. magister Johannes possit tenere magistros decem, qui laborent et se exercent cum personis in dicto laborerio, et quod praefati dom. deputati teneantur eis manutene laborerium continuum, in quo possint se exercere et laborare cum personis, et dare ipsis decem magistris pro eorum mercede solidos decem imp. singulo die, quo laborabunt pro singulo eorum, videlicet quando laborabunt in terra et non in alto; et si continget aliquem vel aliquos ex ipsis decem magistris laborare in alto, quod eo casu praefati dom. deputati teneantur dare ipsis magistris, qui laborabunt in alto vel in figuris aut foliamine, pro eo tempore quo laborabunt in alto aut in figuris aut foliamine, solidos duodecim imp. singulo die quo laborabunt pro singulo eorum.

Item quod dictus magister Johannes possit tenere tres magistros, videlicet unum ferrarium, unum magistrum a lignamine et unum lapicidam, videlicet unum subitus ingenierium, quibus tribus magistris praefati dom. deputati teneantur dare ad laborandum continue, et dare eis pro sua mercede solidos 14 imp. singulo die quo laborabunt pro quolibet eorum, et hoc tam tempore yemali quam aestivo, et solvantur omni ebdomada dicta eorum mercede.

Item quod praefati dom. deputati teneantur dare vinum suprascriptis tribus magistris (1) et decem lapicidis seu magistris, sicut datur aliis magistris laborantibus subitus cassinam praefatae fabricae.

(1) Lavoravano con Giovanni di Gratz venuto da Strasburgo (Argentina), in seguito alla ripetuta richiesta del duca:

- Magister Alexander de Marpach a s. 14 il giorno;
- » Nicolaus de Burmio teutonicus ferrarius, come sopra.
- » Andreas Mayer magister a lignamine, c. s.;
- » Johannes ejus filius super tuborio a s. 12;
- Osbaldus Marpur tuborii et campisancti, c. s.;
- Tibaldus Storehecher tuborii s. 12, cassinae s. 15;
- Petrus Focus o Tocus tuborii s. 12, cassinae s. 10;
- Magister Johannes de la Flore, c. s.;
- Johannes Ingrim, c. s.;

Item quod praefati dom. deputati teneantur designare unum locum dicto magistro Johanni, in quo suprascripti ejus magistri possint stare de per se ad laborandum ad libitum dicti magistri Johannis.

Item quod si aliqui ex dictis magistris infirmarentur, quod praefati domini deputati teneantur eos qui infirmarentur, acceptari facere ad hospitale magnum Mediolani, usque quo receperint sanitatem.

Item quod dictus magister Johannes ingenierius cum suprascriptis sotiiis teutonicis debeant intendere et perseverare ad complimentum dictae voltae suprascripti thiburii et alia laboreria necessaria in dicta ecclesia, et uti omni diligentia possibili, quod opus sit laudabile et perfectum; cum hoc tamen, quod attendantur omnia quae ei et sociis promissa sunt per praefatos dom. deputatos, ut apparet per praesens instrumentum.

Item quod facta dicta volta dicti thiburii in modum quod possit videri opus, quod tunc eligantur homines intelligentes et boni, et qui non sint suspecti, videlicet per illustrissimum dominum dom. nostrum ducem Mediolani, et per reverendos dominos dom. cardinales et archiepiscopum Mediolani, et per praefatos dom. deputatos praefatae fabricae, et per communitatem Mediolani sive agentes pro eis, et quod dicti eligendi, ut supra, debeant videre, examinare et intelligere si dictum opus erit bonum, laudabile et perfectum, aut non; cum hoc tamen, quod detur eis sacramentum intelligendi, videndi et judicandi recte, remotis amicitia et inimicitia.

Item quod reperto dicto opere per suprascriptos eligendos, ut supra, laudabili, bono et perfecto, dictus magister Johannes, ut supra,

- Richardus Esler subitus cassinam s. 10;
- Antonius Gixler, c. s.;
- Johannes Birich, c. s.;
- Gaspar Velchirch, c. s.;
- Vincentius Fdr;

Tutti questi ebbero nell'agosto 1486 la paga per 41 giornate, tranne il Marpach che ne fece 58, e l'ultimo soltanto 5. Il Marpach aveva il titolo di *subingeniarium*, e fino al 16 gennaio 1486 ebbe l. 3203, s. 4, d. 7, non avendo mai lasciato la fabbrica, mentre il de Gratz (Nexemperger) si assentava ogni anno per recarsi in Germania, come glielo consentiva il suo contratto colla fabbrica, per due mesi e mezzo.

cum uno subingeniero, qui sit bonus et utilis pro praefata fabrica, possint stare et remanere ad laboreria dictae fabricae, et solvantur prout promissum est per praefatos deputatos, et non permitantur in alios ipsis volentibus stare.

Item quod completa dicta volta et laudata, ut supra, suprascripti duodecim magistri teutonici retineantur et operentur in laboreriis praefatae fabricae, ipsis existentibus utilibus et necessariis, et promittatur eis et satisfiat honeste de eorum mercede secundum eorum merita, ut taxabitur per agentes pro praefata fabrica.

Item quod si contingeret, completa dicta volta, dictum magistrum Johannem pro dicto salario sibi promisso, ut supra, et aliis lucris extraordinariis non posse stare et se manutenere cum familia sua, liceat sibi petere quod sibi augetur sallarium seu provixio cum discretione; et augendo sibi sallarium, de quo contentetur, quod restet in servitio praefatae fabricae ad faciendum suum debitum.

Item non volentibus praefatis dom. deputatis augere dictum sallarium, quod sit in arbitrio seu electione dicti magistri Johannis standi ad praefatam fabricam pro primo sallario, vel non.

Item reperientibus dictis eligendis, ut supra, cum bona ratione opus dicti magistri Johannis non esse laudabile et perfectum, et dicant et hostendant cum bonis rationibus defectum, propter quod opus non sit bonum et perfectum, et hoc sine malignitate et suspitione, eo casu praefati dom. deputati possint et habeant libertatem tenendi et examinandi dictum magistrum Johannem, et dare dictum offitium cui et quibus placebit, ei solvendo prius totum id, quod ipse magister Johannes restabit habere a praefata fabrica pro dicta sua mercede et provixione.

Item quod praefati dom. deputati teneantur subvenire ipsum magistrum Johannem, quando reversus erit Mediolanum, de sallario duorum mensium pro una vice, et quod teneantur praefati dom. deputati facere et curare cum effectu, quod dictus magister Johannes habeat illos florenos triginta, datos per agentes nomine praefatae fabricae Laurentio de Argentina pro conducendo ab Almania dictum dom. magistrum Johannem, exceptis tamen expensis factis per ipsum Laurentium pro conducendo ipsum magistrum Johannem ut supra; aliter

praefati dom. deputati teneantur ipsos florenos triginta Reni dare ipsi magistro Johanni, deductis dictis expensis, de quibus supra.

\_\_\_\_\_

Addi 16 maggio.

Magistro Johanni de Argentina, teuthonico ingeniero nunc electo ad tiburium venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, pro causa donationis veniendo Mediolanum, et nunc ituro de praesenti ad partes Argentinae, flor. 10 Reni, in summa l. 33, s. 10.

\_\_\_\_\_

Addi 10 giugno.

Magistro Gulielmo de Argentina teuthonico, pro ejus solutione expensarum cibi et potus factarum magistro Johanni et filio de Argentina, ingeniero electo per deputatos fabricae causa tiburii, pro diebus 43 ad computum s. 40 singulo die, inceptis die 5 mensis aprilis, et finitis die 18 maji anni praesentis, in summa l. 86 imp.

\_\_\_\_\_

Addi 9 luglio.

Magistro Benedicto de Brioscho lapicidae et sculptori figurarum marmoris, super ratione unius figurae, quae de praesenti per eum fit, quasi completae et colaudatae per magistros Mathaeum de Castoldis et Filippum de Castello, lib. 8 imp.; et hoc de mandato et impositione domini vicarii provisionum comunis Mediolani.

\_\_\_\_\_

Addi 4 agosto.

Magistro Johanni de Molis magistro biscantandi, et deputato ad edocendum pueros in arte bischantandi, pro solutione salarii sui ad computum flor. 4 in singulo mense . . . . .

\_\_\_\_\_

Addi 11 agosto.

Gratiano de Asti, pro solutione conducturae capsarum quatuor vedri colorati, conductarum de Leone ad Mediolanum, in summa lib. 33.

\_\_\_\_\_

Addi 22 agosto.

Benedicto de Briosco scultori, pro ejus solutione manufacturae unius figurae nomine

s. Apolloniae, per eum noviter factae, extimatae per magistros Filippum de Castello et Mathaeum de Castoldis, l. 48 imp.

\_\_\_\_\_

Addi 29 ottobre.

Magistro Johanni de Argentina magistro tiburii, pro solutione salarii sui, debendi pro ejus venuta a die 25 octubris, lib. 26 imp.

\_\_\_\_\_

Addi 13 novembre.

Magistro Johanni de Gratz de Almania seu de Argentina ingeniero, super ratione ejus salarii, l. 13 imp.

\_\_\_\_\_

Addi 2 dicembre.

Magistro Johanni de Argentina ingeniero teuthonico, super ratione salarii sui, nec non certarum expensarum, l. 100.

\_\_\_\_\_

Addi 22 dicembre.

Magistro Johanni de Gratia magistro ingeniero tiburii, super ejus credito quod habet cum praefata fabrica, l. 40.

\_\_\_\_\_

Addi 24 dicembre.

Magistro Johanni de Gratia ingeniero fabricae, super ratione ejus salarii, l. 48, s. 10.

\_\_\_\_\_

Addi 26 dicembre.

Magistro Johanni de Gratia ingeniero super ejus credito, flor. 4 Reni, in summa l. 13, s. 12.

\_\_\_\_\_

*Investitura d'affitto della conca di Viarenna fatto in Cristoforo Beolco per anni nove e per il prezzo di l. 2200 imp.*

\_\_\_\_\_

Addi 28 dicembre.

In nomine Domini. Anno a nativitate ejusdem 1483, indictione prima, die sabbati, 28 mensis decembris. Cum domini deputati regimini venerabilis fabricae ecclesiae dominae sanctae Mariae majoris Mediolani poni fecerint ad loca civitatis Mediolani cedulas, conti-

nentes sicut praefati domini deputati volebant locare concham Viarenae sitam de supra pontem Viarenae portae ticinensis Mediolani, et per quam transitum faciunt naves, quae conducuntur in fossam civitatis Mediolani, ad annos novem cum pactis inferius descriptis, secundum ordines praefatae fabricae factos super locationibus bonorum praefatae fabricae, et perinde comparuerit infrascriptus Christoforus de Bebulcho, qui obtulit ipsam concham conducere ad dictos annos novem pro ficto librarum 2200 imperialium monetae Mediolani, omnibus modis et sub dictis pactis infrascriptis; et cum hucusque nullus comparuerit, qui quidquam addere voluerit dicto ficto oblato per dominum Christoforum ut supra; idcirco praefati domini deputati, volentes ad expeditionem locationis dictae conchae devenire, facta debita subastatione seu incantu, sono tubae praemisso bis, ter, quatuor et pluries, et nemine comparente, qui quicquam addere voluerit, delivrerunt dictam concham ipso Christoforo pro dicto ficto omni anno et cum pactis infrascriptis, prout in eo incantu continetur. Modo in executione dictae delivrationis, et omnibus modo, via, jure et forma, quibus melius potuit et potest, dom. Johannes de Coliate, filius quondam dom. Minoli portae cumanae Mediolani, parochiae s. Thomae in cruce sicariorum, syndicus et procurator, et sindicario et procuratorio nomine praefatorum dom. deputatorum praefatae fabricae, ad haec et alia constitutus per instrumentum sindicatus et procurae traditum et rogatum per me notarium infrascriptum anno et die in eo contentis, fatiens tamen dictus syndicus et procurator infrascripta omnia et singula in praesentia et cum licentia, consensu et deliberatione spectabilium virorum dom. Andreae de Castilione, filii quondam dom. Guillelmi portae novae Mediolani, parochiae s. Andreae ad pusterlam novam, et Andreae de Gluxiano, filii quondam dom. Filippi portae ticinensis Mediolani, parochiae s. Maurilii, amborum magistrorum et negotiorum gestorum praefatae fabricae, ibidem praesentium, volentium et consentientium, investivit nomine locationis et ficti ad beneficiendum, meliorandum et non pejorandum dom. Christoforum de Bebulco, filium quondam dom. Petri portae ticinensis Mediolani,

parochiae s. Laurentii majoris foris, praesentem et stipulantem ac se investientem nominative de dicta concha sita ut supra; item de omnibus juribus, utilitatibus, comoditatibus, honorantiis et praehementiis pertinentibus et spectantibus ipsi conchae et praefatae fabricae in ea, et ejus causa et occasione. Eo tenore, quod a calendis mensis januarii proxime futuris in antea, usque ad annos novem proxime futuros tantum, dictus conductor habeat, teneat, gaudeat et possideat dictam concham superius locatam, et de ea et in ea fatiat et facere possit et velleat quicquid voluerit et sibi placuerit hujus locationis nomine, meliorando semper et non pejorando, dandoque et solvendo, et dare et solvere teneatur et debeat, et promisit et convenit dom. conductor superscripto locatori dicto nomine stipulanti pro ficto dictae conchae superius locatae libras 2200 imperiales monetae Mediolani currentis omni anno, quod fictum dictus conductor solvere teneatur et promisit ut supra, modo et forma, prout in infrascriptis pactis continetur. Quae omnia et singula superscripta facta fuerunt et sunt cum et sub pactis infrascriptis in dicto incantu, quorum tenor talis est, videlicet:

Primo, che li prefati agenti nomine praefatae fabricae sieno obligati ad fare construere la dicta concha de sarizo a tute sue expense in l'anno MCCCCLXXX tertio proximo che vene, in el tempo chel parirà al conductore per mancho suo danno, pur che la se faza in tempo che se possa murare et stare in aqua. Item che sieno obligati ad fare hedificare la dicta concha in el termino de uno mese senza restauro alcuno; et tenendo la fabricatione de la concha più de uno mese, vole che li dicti agenti, ut supra, sieno obligati ad farli restauro ad ratam temporis del soprapiù del mese. Item che li predicti agenti siano obligati a darli reparata la concha, la quale gli è di presente, per tutto il mese di genaro proximo a venire, de quello che gli hisognarà e sarà a loro necessario, obligandosi poy luy tenirla cargata a le sue expense per fin che se farà de novo dicta concha, come he dicto di sopra. Item che dicto conductore sia obligato a dare ydonea segurtà ogni anno, sotto pena de ducati vi-

ginti e zinke d'oro ogni anno, e sia decaduto de la presente investitura, sel piacerà ali prefati agenti de la fabrica. Item che lo dicto conductore debia pagare ogni mese a la rata, come se costuma fare, ita tamen che a la fine de l'anno trovasse satisfacta la dicta fabrica. Item debia fare exempta dicta fabrica per qualunque sua cossa, tanto per lo intrare quanto per lo usire, cossi bianc (*sic*) vino che siano de la prefata fabrica, e legne per suo uso, e li signori nostri secondo el consueto, et similiter per li beni che naseranno in et super la possessione de Cusago, non podendosi schodere, ita che dicta fabrica non sia obligata ad alcuno restauro. Item che lo dicto conductore debia stare a la guera e peste notabile che potesse evenire tra Ticino e Abdua, quod Deus avertat, secondo le conscentie de duoy deputati, li quali li habiano a fare el debito restauro, li quali tunc temporis serano electi per luy proprio. Item che dicto conductore debia tenir navigabile el fosso de la città a le sue expese secondo la honestà del bisogno, e questo da manchamento de aqua in fora, videlicet da la concha predicta fina al lagheto de sancto Stefano. Item che dicto conductore non debia scodere da li naviganti altro che lo datio suo contra la loro voglia, nè debia havere restauro alcuno per ruptura che accadesse, nec per accidens potesse venire per el naviglio grande, excepto se fosse facta studiose, idest per la guerra, e questo secundo conscentia e discretione de duoy deputati electi tunc temporis. Item debia contribuire per la mità de la spexa a quella ripa se haverà a conzare, de la punta de la fossa per infine a la spala de la concha. Item circha uno incastro da descharegare le aque del fosso per le piene che potessero venire, volta che bisognando dicto incastro, li prefati agenti sieno obligati a farlo fare in quello locho dove meglio starà secondo el consiglio del ingeniero.

Quare dictae partes suo et dicto nominibus, debite refferendo, promiserunt et vadium dederunt et dant, obligando sese, suo et dicto nominibus, omnia sua bona mobilia et imobilia, praesentia et futura, etiam supplectilia et utensilia domus, et ea, quae alias verisimiliter non veniunt seu non comprehenduntur in obligatione generali pignori sibi vicissim et ad invicem,

videlicet una pars alteri et altera alteri praesentibus et stipulantibus, suo et dicto nominibus, attendere et observare, ac ratum, gratum et firmum, et rata, grata et firma habere et tenere praesens instrumentum, et omnia et singula in eo contenta, et nullo tempore contrafacere nec venire aliqua occasione, causa vel ratione, quae dici posset vel excogitari modo aliquo, causa vel ingenio, de jure nec de facto, sub refectione et restitutione omnium expensarum, damnorum et interesse litis et extra. Item dictus conductor debeat dare et solvere, et quod dabit et solvet dictum fictum in dictis terminis cum omnibus expensis, damnis et interesse, quae perinde fierent et pate-rentur pro praedictis denariis dicti ficti petendis, exigendis, consequendis, recipiendis et habendis, vel ab aliquo alio mutuo recuperandis, dictis terminis solvendis, vel aliquo eorum, pactis seu pacto; et in fine praesentis locationis dimittere, restituere et relaxare dictam concham et ejus possessionem et tenutam vachuum et expeditam et a nemine occupatam. Renuntiando exceptioni dictae partes suo et dicto nominibus non facti et non celebrati hujusmodi instrumenti investiturae taliter ut supra, et praedictorum et infradictorum omnium et singulorum non ita et taliter actorum et factorum, omnique probationi et defensionem in contrarium. Quae omnia et singula superscripta facta fuerunt et sunt eo acto, dicto et pacto, quod si per praedictas aliquo tempore agi contingerit, possit dominus conductor semper et omni tempore, die, loco, ubique et sub quolibet iudice, consule et auditore, realiter et personaliter conveniri ad praedicta omnia et singula et quodlibet eorum, non obstante feriis aliquibus, dillationibus earum, nec aliquo interdico earum. Renuntiando omnibus statutis, consiliis, provixionibus, reformationibus, constitutionibus et ordinamentis factis et fiendis per dominum et comune Mediolani, et quamlibet aliam personam inde virtutem habentem in contrarium. Et pro praedictis constituit dictus conductor se tenere et possidere omnia sua bona, res et jura nomine dicti locatoris dicto nomine et pro eo, ita quod adveniente casu petendi et agendi, possit et valeat dictus locator dicto nomine, eique liceat et licitum

sit sua auctoritate propria et sine aliquo servitore, banno et nuntio comunis Mediolani, et absque parabula alicujus iudicentis, ubicumque invenerit de bonis et rebus dicti conductoris, ea bona easque res accipere, robare, saxire, sequestrare, capere, occupare, detinere, possessionem intrare, vendere et alienare, sibi que extimari facere et in solum accipere et retinere usque ad plenam et completam solutionem et integram satisfactionem omnium praedictorum, et totius ejus pro quo agi contingerit, et expensarum, damnorum et interesse litis et extra.

Actum in camera officii praefatorum dominorum deputatorum, sita in camposancto Mediolani, praesentibus Francisco de Pegiis, filio mei notarii infrascripti, portae vercellinae, parochiae s. Mariae ad portam, et Bridico de Pegiis, filio quondam dom. Ambrosii portae cumanae, parochiae s. Protaxii in campo foris, ambobus Mediolani notariis et pronotariis. Interfuerunt ibi testes Johannes Antonius de Oxuago, filius quondam dom. Petri portae horientalis Mediolani, parochiae s. Babillae intus, notus; Luchinus de Udrugio, filius quondam Danesii portae ticinensis Mediolani, parochiae s. Laurentii majoris foris, et Thomas de Verporiis de Laude, filius quondam domini Johannis portae horientalis Mediolani, parochiae s. Stefani in brolio intus, omnes ydonei, vocati et rogati.

Ego Berthola de Pegiis, filius quondam dom. Petri, notarius publicus civitatis Mediolani, portae vercellinae, parochiae s. Mariae ad portam, rogatus tradidi et subscripsi.

Addi 31 dicembre.

Magistro Johanni de Gratia ingeniaro, ut supra, l. 20, s. 9.

Lapicidae: Maffrinus de Briosco, Aluysius de Sexto, Michael de Bergamo, Symon de Scariis, Benedictus de Cumis, Ambrosius de Marliano, Franciscus de Odonibus, Johannes Jacobus de Lonate, Johannes Setara, Andreas de Busti, Ambrosius de Bussero, Bernardinus de Novate, Johannes Antonius de Pelizonibus, Cristoforus de Canobio, Andreas de Landriano, Petrus de Serono, Ambrosius de Cumis, Franciscus de Robecco, Henricus de Cismusculo.

Addi 3 gennaio.

Magistro Johanni de Graz de Alamania in-  
zignerio fabricae, super ratione ejus salarii, nec  
non mercedis operum suorum magistrorum et  
laboratorum theutonicorum, l. 158, s. 4.

Addi 10 gennaio.

Nicolao de Marano theutonico interprete in-  
zinerii, pro ejus salario ad computum flor. 3  
singulo mense . . . . .

Addi 16 gennaio.

Alexandro de Marpac theutonico subtus in-  
zignerio, super ratione magistrorum suorum  
theutonicorum, videlicet operum suorum facto-  
rum in servitiis fabricae, l. 50.

Addi 16 febbraio.

Alexandro de Marpac subingenerio fabricae,  
et sunt pro pretio brentarum duarum vini, dati  
magistro Nicolao de Burmio theutonico ferra-  
rio suo, nec non magistro Andreae Mair theu-  
tonico magistro a lignamine, super ratione ope-  
rum suorum, videlicet brentam unam pro sin-  
gulo . . . . .

Addi 19 febbraio.

Magistro Johanni de Graz inzignerio supra  
tiburium, cum sotiis suis, videlicet magistro  
Alexandrum de Marpac subinzignerio, Nicho-  
lao ferrario, Andrea magistro a lignamine,  
Johanne filio suprascripti inzignerii, Osbaldum  
Marpur, Thibaldum Storebecher, Petrum To-  
chum, Johannem de la Flore, Johannem In-  
grin, Vincentium Fur, Antonium Chixel, Jo-  
hannem Birich, Gasparem de Velchirch, omnes  
laboratores super tiburium, pro salario eorum

incepto die 11 octubris et finito in calendis fe-  
bruarii, l. 483, s. 3, d. 6 (1).

Addi 27 aprile.

Domino presbytero Franchino de Gaffuris de  
Laude, magistro bischantandi et docendi bis-  
cantare pueros in camposancto, cum mensuali  
salario flor. 5.

Addi 6 ottobre.

Johanni Nexemperger theutonico, subtus in-  
genierio et sotiis . . . . .

Addi 6 novembre.

Ixabele de Lonato, mutuo pro ejus solutione  
mensis unius ad serviendum magistrum Jaco-  
bum de Bossiis, magistrum invitriatarum in-  
firmum pestis, qui legavit omnia bona sua fa-  
bricae, l. 17, s. 12.

Addi 13 novembre.

*Breve di papa Innocenzo VIII, concedente al  
preposto, ai canonici e ai cappellani, non che  
alle persone della già soppressa chiesa di  
s. Tecla ed aggregata al Duomo, di stac-  
carsi di nuovo e ritornare alla nuova chiesa  
costrutta.*

Innocentius episcopus servus servorum Dei.  
Venerabili fratri Paulo episcopo Heleneapoli-  
tano, et dilectis filiis Johanni Antonio de Bus-

(1) Il salario del Gratz fu convenuto in annui 180 fio-  
rini del Reno.

Per pagare il sotto ingegnere e tutti gli altri che  
aveva condotto seco il Gratz per lavorare al tiburio, fu-  
rono spesi in tutto l'anno l. 1257, s. 9, d. 9, oltre quelle  
indicate precedentemente a tutto gennaio, cui devesi ag-  
giungere il salario mensile di l. 4, s. 16 imp. all'inter-  
prete Nicola da Marano.

seto archidiacono ecclesiae terdonensis, in ci-  
vitate Mediolani comorantibus, ac praeposito  
praepositurae s. Johannis Mediolani, salutem et  
apostolicam benedictionem. Ad ea per quae ec-  
clesiarum et personarum ecclesiasticarum sta-  
tui et indemnitatibus consulitur, libenter in-  
tendimus, illisque, quantum cum Deo possumus,  
favorem apostolicum impartimur. Dudum si-  
quidem felicitis recordationis Pio papae II prae-  
decessori nostro pro parte tunc magistrorum  
et deputatorum fabricae ecclesiae Mediolani  
exposito, quod ipsi ob singularem, quem ad  
gloriosam virginem Dei genitricem Mariam  
gerebant devotionis affectum, summopere desi-  
derabant, ut insignis admodum et famosa ec-  
clesia major praedicta in honorem ejusdem Vir-  
ginis gloriosae, longissimis retroactis tempori-  
bus mirifico amploque et sumptuoso opere errigi  
et construi inchoata, ad perfectionem deduce-  
retur optatam, et quod pro ipsius ecclesiae  
ampliatione et augmento ac civitatis Medio-  
lani decore, ante eandem ecclesiam platea re-  
maneret, foret expediens, quemadmodum ab  
initio structurarum illius tractatum dicebatur  
exitisse, et in aliis singulis ecclesiis observa-  
batur; et in eadem expositione subjuncto, quod  
si ecclesiae s. Theglae et Mediolani eidem ma-  
jori ecclesiae certo medio spacio contiguae, in  
qua tunc praepositus et nonnulli canonici, ca-  
pellani et beneficiati esse noscebantur, de medio  
tolleretur, illiusque lapides, lignamina et alia  
munimenta in ampliatione et structuris majo-  
ris ecclesiae hujusmodi converterentur, nec non  
praepositura, quae in illa dignitas principalis  
existebat, prout existit, ac canonicatus et prae-  
bendae dictae ecclesiae s. Theglae, cum reli-  
quiis, libris, calicibus et aliis ornamentis eccle-  
siasticis ad eandem majorem ecclesiam trans-  
ferrentur, nedum ex hoc perfectioni consule-  
retur antedictae, et ipsi majori ecclesiae maxima  
proveniret utilitas, verum etiam illius decor  
et honor ac in ea Christifidelium devotio au-  
geretur, et divinus cultus cum animarum sa-  
lute continuum susciperet incrementum, et quod  
ad id magnae partis civium Mediolani accede-  
bat assensus, idem praedecessor ipsorum magi-  
strorum et deputatorum in ea parte supplica-  
tionibus inclinatus, archiepiscopo Mediolani,  
ejus proprio nomine non expresso, suis dedit  
litteris in mandatis, ut vocatis praeposito, ca-

nonicis, capellanis et beneficiatis praedictis  
et aliis qui forent evocandi, per se ipsum de  
praemissis omnibus et singulis, ac eorum cir-  
cumstantiis universis se diligenter informaret,  
et si per informationem hujusmodi ita esse re-  
periret, super quo ejus conscientiam onera-  
vit, praefatam ecclesiam s. Theglae, suppresso  
prius per eum ac penitus extincto in loco ubi  
illa consistebat, ecclesiae nomine, demoliendi, ac  
illius lapides, lignamina et alia munimenta in  
structuras majoris ecclesiae hujusmodi conver-  
tendi licentiam concederet, ac praeposituram,  
canonicatus et praebendas, capellaniis et alia  
beneficia supradicta, cum eorum fructibus, red-  
ditibus et proventibus et personis, ipsiusque  
ecclesiae s. Theglae reliquiis, indulgentiis, li-  
bris, calicibus et aliis ornamentis ecclesiasticis  
antedictis, nec non cadaveribus ibidem sepul-  
tis, ad hujusmodi majorem ecclesiam transfer-  
ret, ac ipsas personas numero et consortio  
aliarum ipsius majoris ecclesiae personarum  
alias, juxta suam providam superinde de con-  
silio dilectorum filiorum capituli ejusdem ma-  
joris ecclesiae faciendam ordinationem, agrega-  
ret, nec non dictae ecclesiae s. Theglae locum  
ad profanos usus, ita quod ille ex tunc in an-  
tea minime sacer foret, nec pro sacro reputa-  
retur, redigèret; fructus quoque, redditus et  
proventus fabricae, superstantiae nuncupatae,  
s. Theglae hujusmodi, aut alias quomodolibet  
assignatos et deputatos in fabricam ipsius ma-  
joris ecclesiae converti debere auctoritate apo-  
stolica decerneret, ac sibi ut si concessionem,  
translationem, ordinationem, aggregationem, re-  
ductionem et decretum praedicta faceret, ut  
praefertur, tam circa celebrationem missarum e  
aliorum divinorum officiorum per dictas nunc  
translatas personas faciendam, quam alias pro  
felici statu regiminis et gubernationis dictae  
majoris ecclesiae et personarum illius lau-  
dabilia statuta et ordines de consilio prae-  
misso condendi, et alia omnia et singula circa  
ea necessaria seu quomodolibet opportuna fa-  
tiendi et exequendi, et quae fieri contingeret, ob-  
servari faciendi facultatem concessit, prout in  
ejusdem praedecessoris litteris desuper confe-  
ctis plenius continetur. Et deinde, sicut exhi-  
bita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum  
praepositi, capituli, canonicorum, capellanorum,  
beneficiatorum, personarum ac deputatorum



fabricae dictae ecclesiae s. Theglae petitio continebat, bonae memoriae Carolus tunc archiepiscopus Mediolani dictarum litterarum praetextu, earum forma non servata, suppressionem, concessionem, translationem, aggregationem, reductionem et decretum fecit antedicta, licet nulliter et de facto, ac eisdem praeposito et capitulo s. Theglae hujusmodi pro eorum loco in dicta ecclesia majori ad situm in ea altare s. Theglae capellania extitit assignata; dicti quoque magistri et deputati fabricae majoris ecclesiae hujusmodi praetextu dictae concessionis structuras dictae ecclesiae s. Theglae, duobus illius parietibus dumtaxat exceptis, demoliri fecerunt, et illius lapides, lignamina et munimenta praedicta non modici valoris in dictas structuras majoris ecclesiae converterunt: ortaque postmodum inter capitulum dictae ecclesiae s. Theglae et magistros ac deputatos praedictos super bonis ad fabricam ipsius ecclesiae s. Theglae spectantibus coram tunc vicario tunc archiepiscopi in spiritualibus generali materia quaestionis, idem vicarius in causa ipsa rite procedens quamdam interlocutoriam pro capitulo s. Theglae et contra magistros et deputatos fabricae ecclesiae majoris, hujusmodi sententiam promulgavit, quae nulla provocatione suspensa in rem transivit judicatam. Demum vero praepositus, capitulum et canonici ac personae dictae ecclesiae s. Theglae pie considerantes eam, quam vicini et parochiani ipsius ecclesiae s. Theglae ad illam adhuc gerebant, prout gerunt, devotionem, ac aegreferentes discussiones et discordias, quae in dicta eorum translatione exortae inter eos et capitulum ecclesiae majoris hujusmodi fere continuato tempore vigerant, cupientesque propterea paci et quieti eorum et vicinorum ac parochianorum praedictorum devotioni consulere, novam ecclesiam s. Theglae ante januam antiquae dirruptae ecclesiae, illius priori loco pro dicta platea salvo remanente, opere insigni rehaedificare inchoarunt, et ad illius perfectionem indesinenter intenderunt, seque cum quibusdam dictae antiquae ecclesiae libris, calicibus et aliis ornamentis ecclesiasticis ac reliquiis ad ecclesiam s. Victoris Mediolani, quae in parochia dictae ecclesiae antiquae s. Theglae existit, primo, et deinde ad novam construere coeptam ecclesiam ordinaria auctoritate

consecratam, cum ad id accomoda fuit, divina eorum in eis respective Domino persolvendo transtulerunt, ac in ipsa nova ecclesia multorum parochianorum illius, qui postmodum decesserunt, cadavera sepelierunt. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, rehaedificatio praedicta, si ad effectum deduceretur optatum, ad Altissimi laudem, divini cultus augmentum, animarum parochianorum praedictorum, qui numero quinque millia et ultra existunt, salutem, populi Mediolani consolationem civitatis, et majoris ecclesiae ac plateae praedictarum decorem profecto sit cessura, pro parte praepositi, capituli, canonicorum, beneficiatorum et personarum ecclesiae s. Theglae et illius fabricae deputatorum praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis dictam novam ecclesiam cum cimiterio et fonte baptismali, ac aliis insignibus parochialibus et collegialibus, sicuti in priori destructa ecclesia erant, perficiendi licentiam concedere, ac alias in praemissis opportuna providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de praemissis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, si vocatis dictis magistris et deputatis fabricae majoris ecclesiae hujusmodi, et aliis qui fuerint evocandi, nobis de praemissis per dictos praepositum, capitulum, canonicos, capellanos, beneficiatos et personas ecclesiae s. Theglae et illius fabricae deputatos hujusmodi nobis expositio legitime constiterit, ipsis praeposito, canonicis, capitulo, capellanis, beneficiatis et personis ecclesiae s. Theglae et illius fabricae deputatis hujusmodi dictam novam inchoatam ecclesiam cum cimiterio et fonte baptismali, ac aliis insignibus parochialibus et collegialibus, sicuti in priori destructa ecclesia erant, perficiendi licentiam et facultatem auctoritate nostra concedatis; et postquam illa constructa fuerit, ipsos praepositum, canonicos, capitulum, capellanos, beneficiatos et personas, ipsis per vos prius a numero et consortio personarum ecclesiae majoris hujusmodi segregatis, cum eorum praepositura, canonicatis et praebendis, capellanis, beneficiis, mensa capitulari, praeheminentiis ac aliis, et ecclesiae destructae, et prioris illius fabricae seu superstantiae mobilibus et immobilibus bonis, fructibus, redditibus et proventibus, ob-

ventionibus, juribus et pertinentiis, indulgentiis, libris, calicibus et aliis ad divinum cultum necessariis ornamentis, ac cadaveribus universis hujusmodi ad dictam novam ecclesiam eo gradu, quo in destructa ecclesia praedicta ante illius demolitionem erant, dicta auctoritate, sine tamen litispendentiae praepositio, transferratis, non permittentes praepositum, capitulum, canonicos, capellanos, beneficiatos et personas ecclesiae s. Theglae et illius fabricae deputatos praedictos a quocumque contra concessionem licentiae et facultatis ac segregationem et translationem nostras praedictas quomodo, libet molestari, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non majoris et s. Theglae ecclesiarum hujusmodi juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque; aut si capitulo ecclesiae majoris et illius fabricae magistris et deputatis praedictis, vel quibusvis aliis comuniter vel divisim a sede apostolica indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romae apud s. Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, idibus novembris, pontificatus nostri anno primo.

Addi 20 dicembre.

Ambrosio de Montevegia, sculptori figurarum marmoris, pro ejus solutione manufacturae figurarum duarum per eum factarum in servitiis fabricae, de acordio l. 80.

Lapidariae: Angerinus de Leucho, Ambrosius de Foppa, Götardus de Munti, Johannes de Garbagnate, Donatus de Foppa, Johannes de Birinzago, Manfrinus de Briosco, Bernardinus de Prato, Ambrosius de Foppa, Benedictus de Briosco, Andreas de Amiconibus, Augustinus de Mendrixio, Ambrosius de Munti, Bartolomaeus de Burgo Maynerio, Petrus de Papia, Bernardinus de Prato, Ambrosius de Montevegia, Lazarus de Palatio, Bernardinus de Birinzago, Jacobus Maratius, Michael de Pergamo, Beltraminus de Bossiis, Ambrosius de Cumis, Alexander de Bossiis, Christoforus de Tesseris, Leonardus de Leuch, Jacobus de Oxnago, Jacobus Maratius, Mafeus de Mediolano, Filippus de Ferrario, Johannes Ambrosius de Retenate, Franciscus de Robecco, Henricus de Cisinuschulo, Tomastus de Cremona, Arasminus de Castello, Petrus de Garbagnate, Johannes de Trezella, Benedictus de Cumis, Bosinus de Blassono, Ambrosius de Gussis, Johannes Petrus de Vicomercato, Valentinus de Baxirica, Johannes de Battaleis, Antonius de Comite Johannes de Laude.

Addi 20 gennaio.

Magistro Johanni Bochario in porta romana, pro ejus solutione furnimenti unius furni nec non stuphae unius per eum venditi fabricae, pro faciendo furnum et stupham pro usu magistri Johannis de Graz in zignerii fabricae, quae fieri debent de supra lobiam de supra cassinam magistrorum et laboratorum fabricae sitam in camposancto, l. 9, s. 13 imp.

Addi 19 aprile.

Petro Antonio de Solario, filio quondam magistri Guiniforti, pro ejus solutione manufacturae unius figurae marmoris nuncupatae dom. s. Mariae de quazono, per eum factae fabricae jam sunt duo vel tres anni proxime praeteriti, extimata in summa duc. 18, facientes in summa l. 72.

Addi 23 luglio.

Magistro Gotardo de Schotis pictori fabricae, mutuo super ratione expensarum fiendarum super voltam, sitam juxta offitium bulletarum, videlicet pro poni faciendo supra ea aurum et pingendo eam, l. 16 (1).

Addi, 13 ottobre.

Johanni Bernardino et Johanni Stefano fratribus de Schotis, filiis quondam magistri Gotardi pictoris fabricae, mutuo super ratione crediti sui, quod habet cum fabrica . . . .

(1) Nell'estate di quest'anno sono registrati molti operai « clausi in domo propter epidemiam. »

Anche nel 1485 lavorarono al tiburio gli ingegneri ed operai venuti di Germania, cioè il Giovanni da Graz ingegnere co' suoi dipendenti, per pagamento dei quali furono spese nell'anno l. 4891, s. 4, d. 3, e l'interprete Nicola Marano col salario mensile di l. 4, s. 16.

Continua il prete Franchino de' Gaffuri di Lodi ad insegnare l'arte del canto ai fanciulli.

*Gian Galeazzo Maria Sforza concede l'erezione di una confraternita sotto il titolo di s. Rocco nella chiesa di s. Tecla.*

Addi 21 novembre.

Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes dux Mediolani, Papias Angleriaequae comes, ac Januae et Cremonae dominus. Nomine nonnullorum civium nostrorum mediolanensium dilectorum supplicationem cum capitulis numero quatuordecim hujusmodi recepimus, videlicet:

« Illustrissime Princeps. Excellentiae vestrae exponitur pro parte nonnullorum civium mediolanensium, excellentiae vestrae fidelissimorum servitorum et ad Deum oratorum, quod ipsi pro eorum singulari devotione, quam ad Deum et ad s. Rochum gerunt, deliberaverunt facere quamdam confraternitam et seu scholam sub nomine s. Rochi, cum capitulis infrascriptis, ac saepe et quotiens eis placuerit pro gubernatione ac dirigendis rebus et juribus dictae scholae in ecclesia s. Teglae hujus vestrae urbis Mediolani convenire; sed dubitatur praedicta fieri non posse, nisi hoc ab excellentia vestra impetretur. Ideo praelibatae excellentiae vestrae pro parte eorundem humiliter supplicatur, quatenus eisdem gratiam faciendo specialem, dignetur excellentia vestra eisdem, et aliis eligendis et subrogandis, confraternitatem ipsam faciendi et insimul conveniendi tute, libere et impune, ita quod societas et corpus seu collegium licitum de cetero reputetur, et schola s. Rochi nuncupetur, licentiam concedere, statutis, legibus et ordinibus tam communibus quam municipalibus, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque; quibus omnibus ex certa scientia et de vestrae potestatis plenitudine derogare dignemini, prout credunt fore mentis praelibatae excellentiae vestrae, cui humiliter se commendant. Capituli vero, de quibus supra, sunt haec, videlicet:

Inprimis che dicta schola et scholari habiano et possano eleggere uno priore, quatro

consiglieri, duy sindici et uno canzelero, che siano de dicta congregatione, l'officio de li quali priore, consiglieri et sindici debia durare per sey mesi, cum hoc che se possano reffermare dicti officiali per altri sey mesi tantum, et cosi per uno anno in tuto possano stare in dicti officii, cum questo intellecto, che quello che sarà stato priore immediate, possa essere electo consigliere o sindaco, et quello che sarà stato sindaco o consigliere immediate, possa essere electo ad un altro officio; el cancellero predicto possa essere reffermato, finchè piacerà ali predetti priore, consiglieri et sindici. Item che dicti priore et scholari habiano uno locho, nel quale se ritirano almanco uno giorno de la settimana tutti quelli che non siano impediti a tractare le cose utile, honorevole et necessarie per dicta schola. Item che inante che finischano li sey mesi, per XV et almanco VIII di, de novo se debiano congregare tutti li scholari, cioè tutti quelli che se potranno et vorranno ritrovarsi, per eleggere novi officiali, o vero confirmare li veghij, como piacerà ad la maggior parte de dicti scholari, et concluso che sia per la maggior parte de loro congregati, purchè tutti siano domandati personalmente vel a le loro habitatione in Milano. Item che essa schola et scholari habiano uno libro, nel quale si scrivano li nomi et parentelle di tutti li scholari et de li loro patri, cosi de quelli che sono al presente, como de quelli che saranno in l'advenire, et che niuno sia reputato scholaro de dicta schola, sel non sarà descripto nel dicto libro. Item che in dicta schola non se debia ricevere alcuno heretico nè usurario publico, nè alcuno excomunicato nè infame, ma solamente se recevano homini da bene et de bona reputatione, o richi o poveri che siano. Item che accadendo, quod Deus avertat, alchune discordie quomodocumque tra loro scholari de li facti de la schola, che nullo modo debiano littigare insieme, ma ricorrano al priore de dicta schola, el quale debia mettere pace et concordia tra essi discordanti. Item che se fosse alchuno de loro scholari, che commettesse qualche enormità o cose scandalose circa la schola, el priore con uno o duy de dicti scholari lo debiano admonire caritativamente ad emendare; et se quello tale admonito non se corregerà secondo la loro ordinatione, debia

essere cancellato de dicta congregatione, con voluntate però et deliberatione de tutti vel saltem de la maggior parte de dicti scholari residenti, ita che più non sia scholare. Item che ogni sei mesi li officiali antiqui de dicta schola siano obligati rendere rasone, et de la rasone fare opportune scripture, che sempre se possa trovare, de la administratione per loro facta al priore e uno de li consiglieri o vero sindici, aut a chi sarà deputato per loro. Item che si facciano oppurtune scripture, che sempre se possano trovare, de ogni cosa venga in dicta schola et de quello uscirà, conducendo bene et legalmente la rasone de le intrate et uscite. Item che niuno scholare se impaccia de la schola, nè alcuno de cosa sua possa imediate nec mediate, nec directo nec pro indirecto comprare nè togliere a ficto alcuna cosa de dicta schola, nè con essa, nè de le cose o faccende d'essa, intrometterse in alcuna negotiatione, sotto pena de privatione de la schola, et del quadruplo de quello importarà la cosa o il facto, che si applica a dicta schola. Item che dicti scholari, ovvero la maggior parte de loro possano adjungere et minuire ad li dicti statuti et seu ordinatione, et quelle cancellare et farne de novo, prima facto noticia al nostro illustrissimo signore, et di la sua signoria obtenuta opportuna confirmatione. Item accadendo che la chiesa de sancta Tegla, ne la quale è fabricato uno altare et sua capella ad honore et reverentia de sancto Rocho, non havesse effecto, che in quello caso dicti scholari possano transferire dicta sua schola de s. Rocho ad altro loco, ad ogni suo piacere, con ogni bene et ragione de essa schola, con licentia del illustrissimo signore. Item che preposito, canonici et scholari de s. Tegla nè alchuno de loro non possano nè debiano per alcuno modo intrometterse nè impazarse de dicta schola, nè de alcuna cosa pertinente ad essa. Item che dicti scholari, ad nome de dicta schola, per la consequitione de qualunque legato quomodocumque da qui indreto facta, et che in futuro se faranno per qualunque persona ad dicta schola, possano et vagliano convenire qualunque persona, summario et sine lite, coram quocumque giudice piacerà a dicti scholari, et che nullo modo se possa declinare la jurisdictione de tali judici, dummodo niuno non

se tira fora del foro suo, aliquibus in contrarium facientibus non attentis, quibus excellentia vestra derogare dignetur. »

Nos vero, qui plurimum s. Rocho devotione afficimur, et semper pias laudabilesque subditorum nostrorum mentes et constitutiones, favoris et gratiae nostrae praesidio libenter amplectimur atque tuemur, tenore praesentium supplicantibus ipsis benigniter annuentes, concedimus et dispensamus, ut eisdem et aliis qui per tempora electi et surrogati fuerint, liceat confraternitatem ipsam, de qua superius habetur mentio, facere, et simul, prout requiritur, convenire, tute, libere et impune, ita quod societas et corpus seu collegium licitum de cetero reputetur, et schola s. Rocho nuncupetur, statutis, legibus et ordinibus tam communibus quam municipalibus, ceterisque in contrarium facientibus non attentis; quibus omnibus ex certa scientia et de nostrae potestatis plenitudine derogamus. Mandantes quibuscumque officialibus et subditis nostris, ut has nostras concessionis et dispensationis litteras firmiter observent et faciant inviolabiliter observari. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrari, nostrique sigilli munimine roborari.

Datum Cassani, die 21 novembris, 1485.

Sign. Philippus.

[1485]

Lapididae: Donatus de Foppa, Johannes de Arientis, Petrus de Serono, Johannes Antonius de Sovicho, Cristoforus de Oxnago, Monfrinus de Brioso, Johannes Petrus de Vicomercato, Ambrosius de Gussis dictus Vicinus, Ambrosius de Marliano, Johannes Maria de Laude, Pollicotas et Johannes Maria de Luonibus, Johannes Antonius de Baxilicapetri, Johannes de Trezola, Aluysius de Sexto, Ambrosius Comitti, Ambrosius de Munti, Bartholomaeus et Laurentius de Burgomaynerio, Franciscus, Stefanus et Johannes Baptista de Sexto, Benedictus de Brioso, Henricus, Augustinus et Blanchinus de Cismuscolo, Franciscus Odonus, Ambrosius de Cumis, Mafeus de Marliano, Bernardinus de Prato, Johannes de Cayrate, Stefanus de Birinzago, Johannes Antonius et Marcus de Munti, Augustinus de Mendrixio, Leonardus de Leucho, Johannes Antonius de Cumis, Martinus Benzonus, Cristoforus de Stuchis, Johannes Antonius de Oxnago, Philippus de Castello, Augustinus de la Ecclesia, Jacobus de Bragio, Gervasius Benzonus, Jacobus de Madiis, Alexander et Bernardinus de Bossiis, Beltramolus de Marliano, Johannes de Battaliis, Antonius de Porris, Johannes Antonius Ghezonus, Philippus de Ferrariis.

1486.

*Privilegio nella forma di procedura volontaria e contenziosa civile a favore dei luoghi pii di Milano.*

Addi 2 gennaio.

Dux Mediolani, etc. Dilecti nostri. Fecimus nuper quibusdam hujus nostrae urbis piis locis concessionem quasdam per litteras nostras, quarum exemplum vobis mittimus praesentibus introsertum. Et quoniam concessionem ipsam ad pauperum utilitatem, nec non summi Dei cultum tendunt, eas omnino observari, et perpetuum effectum sortiri intendimus. Volumus itaque ac vobis injungimus, ut concessionem ipsam omnibus innotescant, quod ipsas concessionum litteras in consuetis hujus nostrae urbis locis publicari, ac inter reliqua decreta nostra describi faciatis; contentique etiam sumus, quod ejusmodi publicationem etiam in aliis domini nostri civitatibus, ad omnem deputatorum ipsorum piorum locorum seu alicujus eorum requisitionem, fieri auctoritate nostra provideatis, nec non in decretorum nostrorum libris praedictas litteras ibidem conscribi.

Datum Mediolani, die nono januarii 1486.

Signat: Jo. Morenus.

*A tergo:* Egregiis militi ac sapienti doctori potestati ac vicario provisionum urbis Mediolani nostris dilectis.

*Cum sigillo ducali in cera alba.*

*Tenor litterarum concessionum.*

Dux Mediolani, etc., Papias Angleriaeque comes, ac Januae et Cremonae dominus. Quoniam inter ea quae principibus incumbunt, id praecipuum esse arbitramur, ut, eorum quae divinum cultum concernant, ad pauperumque utilitatem pertineant, quibus si qua commoda afferantur, summus Deus sibi ipsi collata fuisse affirmat, non modicam in ditionibus suis rationem habeant curamque suscipiant, ac eis favoribus honestis, juvaminibusque et auxiliis

assistant, cum exinde rem altissimo ipsi Deo gratissimam fieri non ambigendum sit, a quo potentatum omnium vires proveniunt. Ideo cum in inclita hac urbe nostra mediolanensi adsit locus gubernationis fabricae sublimis templi majoris ipsius urbis, ex quo non modo Dei omnipotentis ac gloriosissimae ejus genitricis Virginis Mariae cultus et honor, ejusdemque civitatis ornamentum resultant, sed etiam ingens quoddam pluribus ibidem egenis civibus juvamen suffragiumque ac vivendi modus ex divinis eorum operis tribuitur, adsintque praecipua haec, magnum scilicet et Pietatis hospitalia, nec non pia Misericordiae, Quatuor Mariarum, Charitatis et Divinitatis loca, quae Christi pauperibus alimenta praestant, assidue elemosinas distribuunt, ingentesque ac crebras et fere continuas subventiones praebent locis ipsis omnibus, ea qua cum honestate possumus, beneficia auxiliaque libenter conferimus, ut ampliora in dies effici, ac uberiora ab eis erga inopes suffragia emanare queant. Cum itaque locis ipsis deputati infrascriptas locis eisdem concessionem fieri supplicaverint nobis, quas non modicam eis ac pauperibus utilitatem allaturas confidunt, ipsis requisitionibus suis, quae non nisi honestae nobis visae sunt, assentiendum duximus, id aeterno Deo gratum procul dubio fore nobis persuadentes. Tenore igitur praesentium, pro lege et decreto nostro inviolabiliter in dominio nostro observari volumus et jubemus, concedimus, dispensamus, decernimus atque sancimus ex certa scientia de nostraeque potestatis plenitudine, quod locorum et hospitalium praedictorum, congrue referendo, deputati tam praesentes, quam futuri, possint quascumque haereditates, quae locis ipsis, debita relatione habita, hactenus delatae sunt, et quas etiam in futurum eis deferri contingat, cum beneficio inventarii adire, licet quoddam hujus nostrae urbis sta-

tutum aliter disponat. Cum hoc tamen, quod inventaria seu descriptiones de bonis ipsarum haereditatum fideliter fieri faciant, citatis quorum interest in genere, non autem in specie, per proclamationes generales ad scalas pallatii hujus nostrae urbis Mediolani faciendas, ad quas etiam scalas copia dictarum proclamationum dimittatur, omissis tamen aliis solemnitatibus, quae a jure in conficiendis inventariis requiruntur; et si fraus aliqua in inventariis ipsorum confectionibus committeretur, locus ille, ad quem haereditas aliqua delata sit, in qua fraus ipsa commissa esset, dicto beneficio quoad eandem haereditatem privetur et careat.

Praeterea agentes pro ipsis locis piis possint per notarium seu notarios, quem seu quos voluerint, fieri facere inventaria et descriptiones, ac alia quaevis opportuna instrumenta et acta, etiam extra jurisdictionem, pro negotiis ad ipsa loca pertinentibus; et si ejusmodi instrumenta et acta per notarium mediolanensem fieri continget, confici possint, servato stilo civitatis et etiam ipsorum piorum locorum, instrumenta sine secundis notariis fieri queant, et officiales civitatum et terrarum quarumcumque domini nostri, si requisiti fuerint, teneantur et debeant agentibus pro ipsis piis locis expediens auxilium, juvamen et favorem pro faciendis descriptionibus et aliis opportunis provisionibus praestare, ne bona ipsis locis spectantia in sinistram pertranseant, sed in ipsa loca et eorum utilitatem perveniant.

Et ulterius officiales nostri feudatariorumque nostrorum teneantur ad omnium dictorum deputatorum vel eorum nuntiorum requisitionem fieri facere proclamationes expedientes, cum poenis etiam quadrupli, si eis videbitur, pro medietate ad cameram nostram, et altera medietate ad accusatorem transmittendis, pro inveniendis et obtinendis bonis, rebus, creditis ac juribus et instrumentis ad ipsa pia loca pertinentibus.

Possintque etiam pro ipsis locis piis agentes, ipsorum tamen locorum nomine, tam per successiones quam per legata, et alio quovis modo, sive titulo lucrativo, sive oneroso, quaecumque bona immobilia in quibuslibet civitatibus, terris, castris, burgis et villis dominio nostro mediate vel immediate suppositis, exceptis fortalicis et jurisdictionibus, acquirere et consequi, ac op-

portuna quaelibet instrumenta proinde libere et impune confici queant. Et si etiam reperiantur aliqua instrumenta in favorem ipsorum piorum locorum hactenus facta fuisse, id quoad ea observetur, quod observatum fuisset, si praesens concessio prius facta fuisset, bonis tamen ipsis transeuntibus cum onere suo et obligatione hypothecae solvendi onera in illa parte, in qua pro eis solvetur tempore quo acquisitiones ipsae fient, et etiam sine fori declinatione. Insuper ut fraudibus occurratur, quae committi possent, et melius etiam fraudes ipsae detegi queant, quod deputati ipsorum piorum locorum, et eorum syndici etiam ad causas solum constituti, possint quaecumque bona immobilia, quae in praesentiarum habent, et ea etiam quae in futurum in loca ipsa quovis titulo transferri continget, ad cridas ponere juxta formam provisionum comunis Mediolani et aliarum civitatum nostrarum, in quibus cridarum provisiones seu ordines serventur, congrua relatione habita, licet in comparitionibus, quae proinde fient, non jurent se bona ipsa vendere velle.

Possintque etiam deputati ipsi, sive eorum syndici ut supra, quaecumque ipsorum locorum bona, tam praesentia quam futura, quae in loca ipsa translata sint, sive etiam in futurum transferentur, retento usufructo, ad cridas ponere secundum provisionum comunis hujus nostrae urbis Mediolani et aliarum civitatum ut supra, debite referendo, formam, licet in comparitionibus ipsis juramentum respectu possessionis ipsorum bonorum non faciant, prout ex provisionum ipsarum tenore disponitur, dummodo jurent se bona ipsa civiliter tantum possidere, et is effectus ex ejusmodi cridis sequatur, qui sequeretur si in earum comparitionibus juramenta illa, etiam respectu praemissorum, facta fuissent, quae secundum dictarum provisionum formam facienda erant. Et cridae tamen ipsae in casu praedicto usufructus retentionis habenti ipsum usufructum, quoad eundem usufructum tantum, non praejudicent, cum hoc tamen, quod si contra ipsa pia loca pro aliquibus creditis actione personali agi potuisset, si aliqua cridae pro bonis, de quibus agitur, facta fuissent, illa talis actio propter ejusmodi cridas, quae non servata dictarum provisionum

respectu juramentorum praedictorum forma, ut supra, factae fuerint, sublata non sit nec fuisse intelligatur, sed etiam factis talibus cridis in robore suo persistat.

Item quod quilibet syndicus et procurator ipsorum locorum piorum, debite referendo, ad causas generaliter constitutus, possit quibuscumque cridis, quas de cetero fieri contingat, sive in urbe Mediolani, sive alibi in dominio nostro, de bonis immobilibus, quae secundum formam provisionum et ordinum civitatum illarum, in quarum jurisdictionibus bona ipsa consistant, vendi vellint, contradicere, et dare in scriptis ipsorum piorum locorum jura, et secundum dictarum provisionum formam jurare; quodque ejusmodi contradictioes perinde vim omnem et effectum obtineant, tam in favorem ipsorum piorum locorum contradicentium, quam contra ipsa pia loca, ac si ipse syndicus et procurator mandatum specialissimum ad faciendas ejusmodi contradictioes haberet.

Possintque deputati praedicti quoscumque contractus facere de bonis quibuscumque ad cridas positis, vel pro quibus lites aliquae pendeant, nec propter id viciosi crimen incurrant. Et hoc quidem sine praejudicio jurium tertii et litis penditiae.

Quodque deputati ipsorum piorum locorum, congrua relatione habita, possint cessiones quorumcumque jurium et creditorum suorum facere, absque eo, quod per ipsos in ejusmodi cessionibus juramentum praestetur secundum formam statuti superinde disponentis; sed sufficiat quod de credulitate jurent, et perinde cessiones ipsae valeant, ac si juramentum ipsum juxta praedicti statuti formam praestitum fuisset. Nec non etiam quod Christi nomine sententiarum et pateat aliorum quorumcumque instrumentorum de bonis, rebus et juribus ad loca ipsa pertinentibus latorum et factorum, quae subscripta sint per notarios, qui de hujusmodi sententiis aut instrumentis rogati sint, aut ea explendi auctoritatem habeant, ita fides adhibeatur in iudicio et extra, et vigore ipsorum Christi nomine et pateat executiones fiant, sicuti si ipsae sententiae et instrumenta in publicas formas redacta essent, modo eis ita opponi possit, prout si in publicam formam redacta esset, opponi posset.

Ac etiam quod constante per publica instrumenta de aliquo ipsorum piorum locorum credito in ipsa pia loca, non autem ex aliorum personis causato, executiones et sequestrationes ac alia ad obtinendum satisfactionem expedientia contra eorum debitores et bona, et in eorum praejudicium, pro ejusmodi credito fieri possint de mandato priorum seu rectorum ipsorum piorum locorum, perinde ac si priores ipsi aut rectores iudices ordinarii essent, et hoc illis modo et forma, quibus executiones et ut supra contra debitores camerae nostrae et in eorum praejudicium fiunt, nec adversus ejusmodi executiones et ut supra ullae contradictiones vel oppositiones admittantur; sed si qui aliquid opponere voluerint, ipso jure, post ipsas executiones et ut supra, intelligatur sibi statutus dierum quindecim utilium terminus ad probandum et probatum habendum per omne genus probationum, ac opponendum quicquid probare et opponere voluerint contra ipsas executiones et ut supra, seu contra creditum, cujus vigore executiones ipsae factae sint, nisi probatio fieri velit per testes vel instrumenta extra hanc urbem Mediolani existentia, quo in casu per dictos rectores aut priores longior terminus ad probandum, arbitrio ipsorum priorum seu rectorum, inspecta causa de qua agitur, qualitate et locorum distantia, statuatur. Et praemissa quidem locum habeant, dummodo ejusmodi mandatum, cujus vigore praedictae executiones et sequestrationes ac alia, ut supra, facta fuerint, subscriptum sit per notarium seu notarios aut rationatores sive cancellarios vel executores eorundem locorum, congrue referendo, praedictumque mandatum de impositione aut voluntate dictorum priorum seu rectorum processerit, et de ejusmodi impositione seu voluntate ipsorum priorum seu rectorum sufficiat, quod constet ex libris conclusionum dictorum piorum locorum, singulariter et debite referendo. Quodque in ipsorum piorum locorum causis procedatur summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, cavillationibus et frivolis exceptionibus quibuscumque sublati, et reddatur jus in diebus feriatis in favorem hominum; et hoc tam in favorem ipsorum piorum locorum, quam eorum, qui ab agentibus pro ipsis piis locis conventi sunt.

Item quod servitores et nuntii ditorum piorum locorum, congrue referendo, possint quasque citationes et praecepta, nec non alia pro ipsorum piorum locorum causis expedientia in toto dominio nostro deferre, et eorum relationibus cum juramento ita fides adhibeatur in iudicio et extra, ac si per servitores comunium, civitatum illarum aut locorum, ad quas et in quibus citationes ipsae ac praecepta et ut supra mittantur, praemissa omnia delata fuissent.

Ac etiam quod procuratores et actores ipsorum piorum locorum non teneantur in eorumdem locorum causis, quae in hac urbe Mediolani agantur, producere, nec etiam eorum adversariis instrumenta sindicatum dare, sed id sufficiat, quod ipsa sindicatum instrumenta ad officium gubernatorum statutorum praedictae urbis registrata sint. Quinimo etiam instrumenta eadem, dummodo ut supra registrata sint, semper pro productis habeantur in quibuscumque locorum ipsorum, congrue referendo, causis, quae in hac urbe ut supra agantur, ipsaque registratio pro solempni ejusmodi instrumentorum productione, et loco productionis habeatur in omnibus ditorum piorum locorum causis, quae, ut praediximus, in hac urbe agantur.

Insuper etiam quod pro negotiis ad dicta loca pertinentibus instrumenta quaecumque fieri possint, etiam in diebus dominicis et in aliis diebus festis, in quibus instrumenta confici per decreta nostra prohibitum sit, ut melius et commodius eis deputati ipsi intendere possint. Et ultra praedicta, ex quo ipsa pia loca cum eorum massariis, inquilinis, fictabilibus et similibus exempta se esse praetendunt a datiiis notariorum, ut in exemptionibus ipsis dicitur contineri, quia saepe contingit, quod notarii tam causarum civilium, quam datorum, maleficiorum et damnorum datorum, stratarum et victualium conantur, contra tenores ipsarum exemptionum, pecunias ab ipsis piis locis vel eorum massariis et ut supra extorquere, et aliter non volunt scripturas expedientes pro eis facere, nec sententias legere, nec de eis instrumenta tradere, nisi pecuniae ad eorum libitum sibi dentur; quod si notarii officiorum ipsorum recusaverint aut neglexerint publica instrumenta et actus expedientes conficere sine

solutione, ad quam ipsi exempti non teneantur, possit eo casu quilibet notarius publicus proinde quaecumque acta et instrumenta conficere, et ita valeant, omnemque effectum sortiantur, ac si acta et instrumenta ipsa per notarios ipsorum officiorum confecta fuissent; et si notarii ipsorum officiorum, postea aliquos inquisitos in banno scriberent vel jam scripsissent, et in banno ipso praeteriti non essent, quod facta comparitione per instrumentum ut supra, in termino, ubi ipsi praedictorum officiorum notarii ejusmodi comparitionem accipere recusarent, ipsum bannum pro non dato habeatur nec haberi debeat, et iidem officiorum praedictorum notarii cum bonis suis teneantur et obligati sint ad emendationem damnorum, per hujusmodi exemptos propter praedictum bannum et exinde sequuta ac dependentia suportatorum. Reservato tamen jure dictis notariis talium officiorum petendi et consequendi ab adversariis ipsorum piorum locorum et eorum massariorum, inquilinorum et fictabilium, ut supra, id quod sibi ab eis pro ejusmodi actis, sententiis et instrumentis merito debeat, perinde ac si per eos notarios officiorum praedictorum facta fuissent.

Et praemissa quidem omnia concedimus, dispensamus et decernimus, aliquibus legibus, decretis nostris, statutis, provisionibus, ordinibus et aliis quibusvis in contrarium facientibus aut aliter disponentibus, et praecipue decreto de anno 1423 die sexto octobris, quod incipit: « Providere volentes, » non attentis, quibus quidem omnibus, quoad praemissa tantum, ex certa scientia, de nostraeque potestatis plenitudine, etiam absolute, per praesentes derogamus. Mandantes etiam quibuscumque officialibus nostris ac feudatariorum nostrorum praesentibus et futuris, quatenus has nostras concessionum suprascriptarum litteras firmiter observent, ac ab aliis quoque inviolabiliter observari faciant, nec quidquam contra earum tenorem fieri aut attemptari quovismodo permittant, pro quanto gratiam nostram caripendunt, quoniam eas perpetuam observationem obtinere intendimus. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrari, nostrique sigilli munimine roborari.

Datum Mediolani, die secundo januarii 1486.

Sign. Johannes Moronus.

Cridatum ad scalas pallatii novi comunis Mediolani per Martinum de Lactarella, praecone comunis Mediolani, die veneris vigesimo septimo mensis januarii 1486, sono tubarum praemisso.

Addi ... febbraio.

Johannes de Graz Nexemperger loco Alexandri de Marpac debet habere solutione operum suorum l. 892, s. 7, d. 1.

Addi 20 aprile.

Dom. Mafeo de Sukanapis notario, pro ejus solutione unius instrumenti sponsalium, alias facti inter illustrissimum ducem dominum Ludovicum Mariam ac nomine filii sui parte una, et nunc quondam dom. Thomam de Grassis (qui heredem universalem sibi instituit fabricam) nomine filiae suae parte altera, l. 12 imp.

Addi 18 maggio.

Angelo de Miroforis de Seregno pictori, mutuo super ratione ejus crediti in pingendo et ornando sanctos, et pro ornamento altaris dom. s. Mariae in medio ecclesiae majoris Mediolani, l. 8 imp.

*Il legato apostolico commette al canonico Andrea Fagnano la decisione in sede d'appello della controversia relativa alla chiesa di s. Tecla.*

Addi 20 agosto.

Julianus miseratione divina episcopus ostiensis, sanctae romanae ecclesiae cardinalis s. Petri ad vincula nuncupatus, domini nostri papae major poenitentiarius, ad Italiae et Galliarum partes, aliaque dominia, provincias et loca apostolicae sedis legatus, dilecto nobis in Christo Andreae de Fagnano canonico mediolanensi salutem in Domino. Sua nobis dilecti in Christo magistri et deputati ad fabricam ecclesiae mediolanensis petitione monstrarunt, quod licet olim jam a multo citra tempore pro amplianda platea et decore praedictae ecclesiae, collegiatae et parochialis s. Teglae mediolanensis, parvo spatio terrae distans a metropolitana praedicta, apostolica auctoritate demolita extitit et ad profanos usus redacta, extincto ibidem nomine illius ac translatis ad cathedralem praedictam capitulo, canonicis, ca-

pellanis et clericis ejusdem cum omnibus reliquiis sanctorum, calicibus, libris, paramentis, jocalibus, mobilibus et immobilibus bonis et juribus universis, aedificato seu fundato altari sub eodem vocabulo s. Teglae in ipsa majori metropolitana ecclesia, cum fonte baptismali, ad quod altare saepius et ad altare majus capitulum, praepositus et canonici illius diversis horis a canonicis majoris ipsius ecclesiae mediolanensis divina officia celebrare consueverunt; nihilominus iidem capitulum, praepositus et canonici translati praedicti a praedicta cathedrali, ad quam jam per annos viginti et ultra apostolica auctoritate antedicta translati fuerunt, propria temeritate recedentes, aliam ecclesiam sub eodem vocabulo s. Teglae, in loco ubi prius existerat et profanatus fuerat, aedificare coeperunt, et apostolicas ad dilectum nobis in Christo praepositum s. Johannis Baptistae mediolanensis certas litteras surrepticias superinde impetraverunt, et illarum vigore magistros et deputatos antedictos coram eodem praeposito s. Johannis Baptistae traxerunt in causam. Qui in causa hujusmodi perperam procedens, diffinitivam per quam capitulo, praeposito, canonicis, capellanis et clericis s. Teglae, translatis praedictis ad inchoatam ecclesiam s. Teglae, cum perfecta fuerit, cum omnibus beneficiis, calicibus, libris, paramentis, jocalibus, reliquiis sanctorum et omnibus aliis rebus et bonis redire, seu se transferre possint, concessit, magistris et deputatis praedictis, super praemissis perpetuum silentium imponendo, cum expensarum condemnatione, sententiam promulgavit iniquam, a qua pro parte magistrorum et deputatorum praedictorum ad sedem apostolicam, seu illam vel illos, ad quem seu quos appellari potest, extitit appellatum. Quocirca auctoritate apostolica, qua quoad hoc per litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri dom. Innocentii divina providentia papae VIII fungimur, per haec scripta mandamus, quatenus vocatis dictis capitulo, praeposito, canonicis et capellanis s. Teglae et aliis qui fuerint evocandi in causa appellationis hujusmodi, legitime procedens, sententiam ipsam confirmare vel infirmare procures, prout de jure fuerit faciendum. In quorum fidem et testimonium praesentes litteras fieri, nostrique sigilli jussimus appensione muniri.

Datum Saonae, anno incarnationis dominicae MCCCCLXXXVI, tertio decimo calendis septembris, pontificatus ejusdem sanctissimi domini nostri papae anno secundo.

Sign. D. Gallettus. — Jo. Chandally.

Addi 13 ottobre.

Jo. Angelo de Mirofolis de Seregno pictori, pro ejus solutione certorum operum per eum factorum in servitiis fabricae, videlicet pingendo telare unum, quod adest invidriatae ad altare situm in medio ecclesiae, cum stellis et aliis ornamentis auri et nonnullis sanctis, vultum seu barbulam quorum ornavit auro, in depingendo figuram seu imaginem gloriosissimae Virginis Mariae, in summa l. 55, s. 3.

Addi 16 dicembre.

Magistro Nicolao de Varallo magistro invidriatarum, pro ejus solutione operum 12 per ipsum factorum in servitiis fabricae, videlicet in aptando vitriatam s. Eligii in ecclesia, ad computum s. 10 pro singulo die . . . . (1).

(1) L'ingegnere Giovanni Nexemperger di Gratz, il sotto ingegnere Alessandro Marpac cogli artefici tedeschi pare siano stati licenziati nella seconda metà dell'anno, sebbene l'opera del tiburio non fosse ultimata. Al primo per stipendio furono pagate nell'anno l. 375, s. 6 imp., al sotto ingegnere e socij l. 941, s. 16.

Lapicidae: Johannes de Trezela, Ambrosius de Ghisulphis, Ambrosius de Recanate, Ambrosius de Oxnago, Manfrinus seu Manfredinus de Briosco, Benedictus de Cumis, Ambrosius de Marliano, Petrus de Briosco, Henricus et Blanchinus de Cisnuscuro, Ambrosius de Cumis, Johannes de Locate, Jacobus de Migloe, Bernardinus de Novate, Beltraminus de Bossiis, Aluysius de Sexto, Ambrosius de Gussis, Johannes Antonius de Maxolinis, Augustinus de Mendrixio, Gelvaxius Benzonus, Martinus Benzonus, Johannes de Arientis, Philippus de Ferrariis, Bertola de Lazate, Symon de Sancto Protaxio, Ambrosius de Mixinto, Mafeus de Marliano, Cristoforus de Crispis dictus Balias, Bernardinus de Birinzago, Augustinus de Cisnuscuro, Johannes Antonius de Cumis, Stefanus de Birinzago, Johannes Antonius de Sovico, Bartolomaeus de Vicomercato, Jacobus de Cavenago, Benedictus de Oxnago, Franciscus de Bussero, Lazarus de Pallatio, Johannes Antonius de Oxnago, Margrolus de Udrugio, Tibaldus Strenberger, Johannes Bierich, Johannes Ingrim, Johannes Auster, Petrus de Nurimberg, Osbaldus de Marpurg, Gabriel de Rotaris, Johannes de Cayrate, Mafeus de Marliano, Paulus de Concoretio, Franciscus de Sexto, Franciscus Oldonus.

Addi 3 febbraio.

Magistro Petro de Boemia, pro solutione manufacturae scutorum duorum, ramelarum duarum et padellae unius bronzi campanae per eum factae pro usu fabricae, l. 13, s. 8, d. 6.

Addi 14 marzo.

Angelino de Mantegatiis notario in curia archiepiscopali Mediolani, pro ejus solutione instrumenti sententiae autenticae per eum rogatae, et latae per reverendum dom. praepositum domus ecclesiae s. Johannis Baptistae ordinis Humiliatorum, in causa vertente inter praefatam fabricam parte una, et agentes nomine ecclesiae s. Teglae parte altera, pro producendo ipsum instrumentum in causa appellationis, interpositae per agentes nomine praefatae fabricae a praedicta sententia lata ut supra, l. 6.

Per sollicitazione di sentenza d'appello, l. 36.

Addi 24 marzo.

Johanni de Caponibus hospiti ad signum cerviae, pro ejus solutione expensarum cibariarum per eum factarum magistro Lucae florentino ingeniario mantuano, deputato ad videndum tuborium ecclesiae majoris Mediolani, et magistro uno a lignamine ac famulo uno cum equis tribus, et hoc diebus octo, l. 20.

*Regole per gli offellai della città.*

Addi 3 aprile.

Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes dux Mediolani, etc., Papiac Angleriaeque comes ac Januae et Cremonae dominus. Accipimus supplicationem tenoris infrascripti, videlicet: « Illustrissime et excellentissime prin-

ceps. Ob reverentiam quam gerunt altissimo Creatori et Virgini Mariae vestri fidelissimi servitores offellarii et magistri ab offellis Mediolani, seu mayor pars eorum, se convenerunt de non vendendo in infrascriptis diebus festivis, videlicet diebus domenicis, et si in die dominico veniunt infrascriptae festivitates, videlicet s. Stephani, s. Petri martyris et s. Bartholomaei, quod eo casu vendere possint, dummodo solvant fabricae ecclesiae mayoris Mediolani inter eos vendere volentes libras quatuor pro singulo die ipsarum festivitatum; et quod possint vendere omnibus diebus extra redefossa civitatis vestrae Mediolani. Item quod in eis diebus dominicis nec in diebus festivitatum Nativitatis Domini, Ascensionis, Corporis Christi, Epifaniae, s. Mariae de mense februarii, augusti et septembris ac omnium apostolorum non possint operari nec coquere aliquas offellas nec alia eorum exercitia pertinentia ad ipsam artem, excepto quod possint facere coqui in nocte usque ad horam diei et non ultra, exceptis offellis stantitis, quas possint tenere in forno ne marcescant; et quod quilibet possit accusare, et stetur sacramento unius de dicta arte vel duorum testium fidedignorum; et qui contrafecerit, cadat in poenam librarum quatuor imp. aplicandam praefatae fabricae. Item quod aliquis de dicta arte non possit accipere aliquem famulum, qui steterit cum alio de dicta arte, nisi compleverit tempus quo stare debent cum illo, cujus erat famulus, et nisi prius solverit totum illud, quod habere deberet primus magister sub dicta poena aplicanda ut supra. Item nullus possit facere dictum exercitium, nisi prius solverit praefatae fabricae libras sedecim imp., exceptis illis, qui ab hodie retro fecerunt dictam artem, et exceptis illis qui laborassent cum aliquo de dicta arte per annos quatuor continuos, et vellet de per se laborare; et ipse talis solvere teneatur

libras octo imp. praefatae fabricae. Et quia tales ordines non possunt effectum sortiri, nisi cum dispensatione excellentiae vestrae, ideo recurrunt ad eandem excellentiam vestram humiliter supplicando, ut dignetur per suas patentes litteras praedictos ordines confirmare et aprobare, aliquibus in contrarium disponentibus non attentis, quibus omnibus in hac parte dignemini derogare. » Nosque considerantes ex ipsis ordinibus summam utilitatem praefatam fabricam percepturam fore, tenore praesentium confirmamus et aprobamus ordines suprascriptos, prout infra, aliquibus in contrarium disponentibus non attentis, quibus omnibus in hac parte dumtaxat ex certa scientia per praesentes derogamus. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrari, nostrisque sigilli impressione muniri.

Datum Mediolani, die tertio aprilis 1487.

*Sign.* Johannes Ambrosius.

Addi 12 aprile.

Magistro Jacobo de Scotis pictori, pro solutione unius crucifixi ligni per eum dati fabricae pro praedicatione, causa ostendendi die crastina, l. 3.

Addi 16 aprile.

Johanni Bernardino et Johanni Stephano fratribus de Scotis pictoribus fabricae, mutuo super ratione adorandi ymaginem marmoream dominae s. Mariae del quazono, l. 16.

Addi 2 maggio.

Ambrosio de Cisate fabro ad signum campanae, pro solutione manufacturae netandi lampades 12, sitas ante altare majus ecclesiae majoris, l. 4.

*Lettere ducali circa una controversia della fabbrica coi conti Borromeo riguardo al Margozzone, dove si escavano i marmi.*

Addi 14 maggio.

Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes dux Mediolani, Papias Angleriaeque comes, ac Januae et Cremonae dominus. Cum spe-

ctabiles comites Bonromei (1) consilarii nostri haberent controversiam cum venerabili fabrica ecclesiae majoris Mediolani, mandavimus clarissimis jureconsultis dom. Antonio Bracello et dom. Johanni Andreae Cagnolae senatoribus nostris, ut auditis rationibus et juribus per utramque partem in medium allatis, nos certiores facerent quid pro ejusmodi controversia resecauda per nos agendum esse censerent; a quibus litteras accepimus, quibus litterarum alias per ipsos comites concessarum dictae fabricae exemplum erat inclusum, tenoris hujusmodi:

« Illustrissime et excellentissime princeps, et domine dom. noster observandissime. Accepimus his proximis diebus litteras excellentiae vestrae, datas die 21 martii anni praesentis, signatas B. Calchus, quarum quidem litterarum tenor sequitur:

« Dux Mediolani, etc. Dilectissimi nostri. Intellexistis controversiam, quam praefecti fabricae ecclesiae majoris Mediolani habent cum spectabilibus consiliariis nostris comitibus Bonromeis ob montem, ex quo marmora fodiuntur, audivistisque rationes et jura, quae utraque pars in medium attulit; et quoniam optamus ut res concludatur, volumus litteris vestris certiores fieri, quid per nos agendum esse censeatis, ut ejusmodi controversia reseccetur. Datum Mediolani, die 21 martii 1487. B. Calchus. *A tergo:* Spectabilibus doctoribus dom. Antonio Bracello et dom. Johanni Andreae Cagnolae, consiliariis nostris dilectissimis.

« Nos vero volentes mandatis excellentiae vestrae, ut tenemur, parere, audivimus agentes pro fabrica ac agentem pro comitibus Bonromeis; vidimus quoque certas litteras alias concessas per praefatos magnificos comites Bonromeos dictae fabricae, quas his inclusas mittimus; vidimus etiam omnia, quae dictae partes dicere et allegare voluerunt, et demum visis videndis, referimus excellentiae vestrae ut infra, videlicet observandas esse litteras dictis fabricariis per praefatos magni-

(1) I conti Borromei erano i più egregi possessori e feudatari del lago Maggiore, dominandolo dalle rocche di Arona e di Angera. È pure nell'Archivio di Stato il parere dei dottori Antonio Bracello e Giovanni Andrea Cagnola sul come acconciar la controversia fra i conti Borromei e i fabbricieri intorno al monte, da cui scavavansi i marmi.

ficos comites Bonromeos concessas sub anno 1483 die 16 augusti, et in illis perseverandum esse, donec cognoscatur et decidatur de juribus partium, prout inter dictas partes conventum fuit, sicut litterae ipsae attestant; et ut dicta controversia aliquem finem accipiat, mandandum esse partibus, quod ad commissionem seu compromissum deveniatur in aliquem confidentem partium, qui dictam causam examinet, cognoscat et terminet, justitia mediante, et sic ut supra referimus, submittentibus tamen nos prudentissimo judicio excellentiae vestrae, cui nos humiliter commendamus. Datum Mediolani, die 7 maji 1487. E. V. illustrissimae dominationis servitores Antonius Bracellus et Johannes Andreas Cagnola. *A tergo:* Illustrissimo principi et excellentissimo domino dom. nostro observandissimo duci Mediolani, etc.

« Johannes miles ducalisque consiliarius, et Vitalianus Bonromei Aronae comites. Praeposito et voi homini de Margozo. Alli XVIII del passato per la querela de li fabbricieri de la chiesa majore et domo di questa città, et hinerendo alla conclusione facta qua in presentia de voi praeposito, ch'essi fabbricieri dovessero et potessero libere fare cavare marmore in tutte quelle predere del Margozzone, como hano facto già lungo tempo, scripsemo ad voi preposito dovesti per ogni modo lassare cavare in esse predere tal mormoro ad beneplacito d'essi fabbricieri et deli agenti per loro et non impedirle, como in epse nostre latius se contiene. El che pensando noi fosse eseguito, ecce che sono tornati ad noi essi fabbricieri, dolendosi de vuy che non solo impediti li loro operarii et conventionati ad lavorare et cavare in esse predere, et con prohibitione ad voi homini che non lavorati ad nome d'essi fabbricieri et chiesa; ma haveti mandato vuy ad lavorare in dicte predere con farli omne displicentia et detrimento; del che ne havemo preso admiratione, et doliamesse assai de voi preposito de tale et tante novitate. Et però ve replicamo et commettemo, che non solo non impediati nè lassati impedire epsi fabbricieri et agenti per loro in dicte predere et loro lavoreri, nè de quelle vi intromettiati, quin etiam prestargli ogni adiuto et favore ad proseguire essi lavorereri, et per forma ch'essi

fabricieri non habiano ad farne più querela, perchè non intendemo de impedirli nec siano impediti in essi lavorereri, nè sia facto prejuditio a loro rasone et consuetudine de la praefata fabrica, con la quale siamo concorde, che piacevolmente et amorevolmente siano cognosciute le rasone sue et nostre sopra questo, et che interea perseverano neli dicti loro lavorereri, et non gli sia facto alcuna novità in praemissis. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus, et registrari, nostrisque consueti sigilli impressione muniri. Datum Mediolani, die 16 augusti 1483. *Signat.* Baldesar, et *sigillatum*, etc. »

His igitur consyderatis, cum ejusmodi senatorum nostrorum relatio omni ex parte justa et aequa esse videatur, tenore praesentium nominatis comitibus, ceterisque omnibus sua interesse putantibus, et praesertim communi et hominibus Mergotii, aliisque omnibus turbantibus vel impediuntibus agentes pro praefata fabrica, iniungimus et mandamus, ut dictam fabricam vel pro ea agentes perseverare permittant in fodiendis marmoribus, juxta dictae relationis et litterarum dispositionem et tenorem, nec contraveniant; nam nostrae mentis et voluntatis est, ut inviolabiliter omnino servetur, omni contradictione sublata. In quorum testimonium praesentes fieri et registrari jussimus, nostrisque sigilli impressione muniri. Datum Papias, die 14 maji 1487.

*Sign.* B. Calchus.

Addi 23 maggio.

Johanni Antonio de Glaxiate officiali fabricae munitionum, pro restitutione totidem denariorum per eum expensorum in servitiis fabricae in causa, quae vertebatur inter agentes nomine fabricae parte una, et magnificos comites Bonromeos parte altera, occasione differentiae cujusdam prederiae sitae in loco de la Gandulia, et commissae magnificis dominis Antonio Bracellae et Johanni Andreae de Cagnolis, commissariis electis per illustrissimum dom. Ludovicum Mariam Sfortiam, illustrissimi domini dom. ducis Mediolani generalem gubernatorem, etc., l. 13, s. 16.

Addi 14 giugno.

Oblazione di porta romana l. 1150, s. 13, d. 6.

Addi 26 giugno.

Magistro Lucae Paperio florentino, in zignario illustrissimi dom. marchionis Mantuae, deputato ad videndum et iudicandum modelos tiburii ecclesiae, factos per nonnullos alios in zignarios, super ratione remunerationis suae, l. 70.

Addi 1 luglio.

Oblazione di porta vercellina l. 574, s. 4, d. 6.

Addi 17 luglio.

Magistro Lucae Paperio florentino ingeniario illustrissimi marchionis Mantuae, deputato ad videndum modelos factos per ingeniarios, petentes elligi ad officium ingeniariae fabricae, occasione tuborii, super ratione remunerationis suae, etc., l. 40.

Addi 22 luglio.

Oblazione di porta nuova l. 1068, s. 14.

Addi 24 luglio.

Magistro Joseph de Ferrariis fabro, pro solutione certae quantitatis auri, positi in adorando lunam positam sub pedibus dom. s. Mariae de quazono, et etiam pro solutione manufacturae seu operis per eum facti in adorando ipsam lunam, l. 4.

Addi 30 luglio.

Bernardino de Abiate magistro a lignamine, qui habet onus perficiendi modellum construendum per magistrum Leonardum florentinum (1), super ratione laborerii ipsius modelli, l. 8, s. 6.

Addi 3 agosto.

Oblazione di porta ticinese l. 1424, s. 4, d. 3.

(1) Leonardo da Vinci.

Addi 8 agosto.

Magistro Leonardo florentino, qui habet onus faciendi modellum unum tuborii ecclesiae majoris, juxta ordinationem factam in Consilio fabricae, super ratione faciendi dictum modellum, l. 56.

Addi 30 agosto.

Magistro Antonio Dilmano organorum compositorum, qui habet onus perficiendi organa ecclesiae majoris Mediolani, et ea reducendi de antico ad modernum, super ratione dicti operis, vigore ordinationis factae sub die 27 augusti, etc., l. 145.

Addi 1 settembre.

Davidi Vicecomiti et Sancto Ambrosio de Lonate, ambobus magistris a lignamine, pro eorum solutione operum 18 per ipsos factorum in servitiis fabricae, videlicet in modellum magistris Bramantis, ad computum sol. 10 imp. pro singulo opere, quae facta fuerunt in mense junii, etc., l. 9.

Addi 9 settembre.

Oblazione di porta comasina, l. 948, s. 12, d. 9.

Addi 28 settembre.

Bernardino de Madiis, magistro intaliandi lignamen, et soto pro ejus solutione operum 34 per ipsum factorum in servitiis fabricae, in faciendo modellum ad ditamen magistris Leonardis de Vincis florentini, mensibus duobus citra, ad computum s. 10 imp. pro singulo opere, pro utroque eorum l. 34, ut patet lista una per eum magistrum Bernardinum producta, et subscripta per suprascriptum magistrum Leonardum.

Addi 13 ottobre.

Gullielmo theutonico percutienti aurum, pro ejus solutione foliorum mille auri per ipsum datorum et venditorum fabricae in mense praesenti, pro ponendo in opere ad capsam organorum ecclesiae majoris, l. 25.

Addi 20 ottobre.

Magistro Johanni de Vaprio pictori, super ratione crediti sui, quod habet cum fabrica occasione manufacturae per eum positae in pingendo capsam et cornisonum organorum ecclesiae majoris, etc., l. 75, s. 4.

Addi 22 novembre.

Magistro Nicolao de Varallo, magistro ab invitriatis, occasione mercedis suae faciendi invetriatas fabricae, l. 4, s. 10.

*Ordine del magistrato straordinario per la riscossione di una tassa destinata alle spese di spurgo della fossa della città per renderla navigabile.*

Addi 26 novembre.

Magistri intratarum ducalium extraordinariorum. Cum dispositio illustrissimi et excellentissimi ducis principis nostri sit, ut omnis fossa hujus celeberrimae civitatis Mediolani navigabilis reddatur, quemadmodum ex litteris suae dominationis nobis datis disponitur, ita quod victualia et mercantiae commodius ad dictam civitatem Mediolani conducantur in beneficium non solum intratarum ducalium, eorum etiam totius reipublicae mediolanensis; et quia ultra provisiones hucusque factas, ex quibus datum est principium evacuationi ipsius fossae, necesse sit ad opus perficiendum, ut recuperetur quaedam summa pecuniarum, statuiamus quod quilibet conducens navem et cepatam magnam onustam, vel navetum onustum, aut cepatam parvam onustam ad praelibatam Mediolani civitatem per navigium magnum portae ticinensis solvere teneatur et debeat Nicolao de la Guarda, deputato ad exactionem datii conchae venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, denarios vigintiquatuor pro qualibet navi et cepata magna onusta, et denarios duodecim pro singulo naveto onusto et cepata parva onusta, quotiescumque conduceatur, usquequo exactae fuerint librae quadringentae imp., sive l. 400, ut exponi possint ad perficiendum dictum opus tam utile et laudabile, sicuti per nos ordinabitur. Injungentes tenore praesentium praedicto Nicolao, quatenus, pro quanto gratiam praelibati principis

nostri caripendit, aliquo pacto ab ipsa concha exire non permittat, absque praedicta solutione, aliquam navem et cepatam onustam, vel navetum ut supra, imo quoscumque compellat ad ipsam solutionem faciendam. Et de receptione talium pecuniarum rationem tenere debeat, ut reddere eam possit ad nostri libitum voluntatis. In quorum testimonium praesentes fieri fecimus et registrari, nostrique sigilli impressione muniri.

Datum Mediolani, die 26 mensis novembris 1487.

Addi ... dicembre.

Venerabilis dom. Ugo de Cazago, protector causae vertentis inter agentes nomine fabricae parte una, et agentes nomine olim ecclesiae s. Teglae ex altera in curia romana, debet habere ratione salarii sui protectionis dictae causae, et pro nonnullis negotiis importantibus venerabilis fabricae, l. 181, s. 4.

Addi 12 dicembre.

Magistro Lucae Paperio florentino, super ratione ejus remunerationis laborum suorum per eum supportatorum in servitiis fabricae, l. 12.

Addi 15 dicembre.

Magistro Johanni Ludovico de Rauphis, civi et ingeniario illustrissimi comitis Hieronymi, pro ejus remuneratione laborum per eum supportatorum mensibus tribus proxime praeteritis, in videndo modelos constructos ad similitudinem tuborii ecclesiae majoris, et ponendo in scriptis apparere suum, quomodo et qualiter construi debet ipsum tiburium; et hoc attentam declarationem factam per magnificum dom. Johannem de Trivultio et dom. Franciscum de Orumbellis, commissarios electos per dom. deputatos, l. 80.

Addi 17 dicembre.

Magistro Lucae Paperio florentino ingeniario illustrissimi marchionis Mantuae, deputato ad videndum et iudicandum modelos constructos ad similitudinem tiburii praefate ecclesiae majoris, factos per nonnullos ingeniarios, pro ejus



remuneratione mensium novem et medii proxime praeteritorum, inceptorum die 17 martii pr. pr., et finitorum die 22 praesentis mensis decembris, ad computum flor. 20 valoris s. 32 imp. pro quolibet floreno singulo mense, in summa libr. 304 imp., de quibus detrahuntur jam per eum percepta.

Olino de Ponte bechario, pro ejus solutione nonnullius quantitatis carniū per eum datarum et venditarum magistro Lucae Paperio florentino, ingeniario illustrissimi marchionis Mantuae, tempore quo stetit in servitiis fabricae, etc., l. 37.

Addi 20 dicembre.

Magistro Nicolao de Varallo magistro ab invitriatis, pro ejus solutione operum 32 per ipsum factorum in servitiis fabricae in mense novembris pr. pr. et decembris praesentis, in aptando invitriatam altaris dom. s. Mariae de quazono, siti in ecclesia majori, l. 16.

Entrata totale dell'anno, l. 19, 181, s. 5, d. 10 1/2.

Spesa, l. 21,436, s. 19, d. 8 1/2.

Disavanzo, l. 2305, s. 13, d. 10.

Lapididae: Manfredinus et Petrus de Brioscio, Ambrosius de Ghisulfis, Balzarrinus de Solario, Johannes Antonius de Sovico, Henricus de Cisnuscuro, Paulus de Concoretio, Johannes Antonius de Ghezonibus, Franciscus Oldanus, Johannes Jacobus de Lonate, Ambrosius de Retenate, Galeaz de Benzonibus, Johannes et Ambrosius Trezela, Ambrosius de Marliano, Benedictus de Cumis, Johannes Antonius de Oxnago, Margrolus de Odrugio, Andreas et Thomasius fratres de Amiconibus, Jacobus de Cavanago, Symon de Sancto Protasio, Beltraminus de Bossiis, Bernardinus de Prato, Ambrosius de Cumis, Petrus de Pergamo, Ambrosius de Caimis.

Addi 11 gennaio.

Magdalenae Sclavae, olim servitrici magistri Lucae Paperii florentini, ingeniarii illustrissimi marchionis Mantuae, quae servivit ipsi magistro Lucae mensibus sex proxime praeteritis, l. 6.

Magistro Leonardo florentino, super ratione laborum per eum supportatorum in fieri faciundo modellum unum tuborii ecclesiae majoris Mediolani, l. 40.

Addi 26 gennaio.

Magistro Antonio de Pandino, pro ejus remuneratione laborum per eum supportatorum in anno proxime praeterito pro visitatione errorum, ut dicitur, commissorum per magistrum Johannem de Gratz in zigniarium theutonicum, l. 12.

Addi 28 gennaio.

Pagnino de Gerenzano polayrolo, pro solutione certarum rerum a polaria per eum datarum magistro Lucae ingeniario florentino, l. 17, s. 12.

Addi 27 febbraio.

Cristoforo de Aplano, pro ejus solutione lanziarum quinque et bastonorum duodecim per eum datorum magnifico dom. Aloysio de Terzago pro ejus triumpho oblationis portae cumanae . . . .

Addi 1 marzo.

Magistro Antonio Dilmano, organorum compositor, super ratione operis sui aptandi organa ecclesiae majoris, l. 152, s. 6.

Addi 10 marzo.

Nicolao de Varallo, pro completa solutione invitreatae ecclesiae s. Andreae, l. 6.

Addi 13 marzo.

Johanni Angelo et Johanni Antonio fratribus de Seregnio, pictoribus, pro eorum solutione operis per eos facti in pingendo antas organorum, in summa l. 26.

Addi 25 marzo.

Reddito delle elemosine offerte nel giubileo dell'Annunziata di Maria Vergine, l. 4189, s. 9.

Addi 1 aprile.

Magistro Donato de Sapis, deputato ad erudiendum pueros in arte gramaticae in campo-sancto Mediolani euntes ad biscantandum, pro ejus remuneratione salarii sui mensium sex proxime praeteritorum, ad computum s. 32 singulo mense, in summa l. 9, s. 12.

Addi 10 aprile.

Oblatos super dischis in ecclesia diebus mercurii, jovis et veneris sanctae, l. 155.

Addi 30 aprile.

Venerabili dom. Martino de Cazago, ordinario ecclesiae majoris Mediolani, super ratione salarii sui occasione andatae et protectionis causae vertentis in romana curia inter agentes nomine fabricae parte una, et agentes nomine olim ecclesiae s. Theglae parte altera, commissae in rota romanae curiae, l. 228.

Addi 2 maggio.

Angelino de Mantegatis, notario in aula archiepiscopali Mediolani, pro solutione expletionis nonnullorum testium, alias productorum per agentes nomine olim ecclesiae s. Teglae contra venerabilem fabricam, nec non expletionis processuum exequutorialium et sententiae, latae per dom. praepositum domus ecclesiae s. Johannis B. ordinis Humiliatorum, l. 14.

Addi 14 maggio.

Domino fratri Johanni Mayer, ordinis praedicatorum provinciae theutonicae conventus Vicriensis, pro ejus remuneratione unius modeli tiburii praefatae majoris ecclesiae per eum facti a mensibus duobus, l. 12.

Addi 25 maggio.

Oblazione di porta orientale l. 1192, s. 4, d. 6.

Addi 31 maggio.

Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes, dux Mediolani, etc., Papiæ Angleriaequæ comes, ac Januæ et Cremonæ dominus. Supplicationem accepimus nomine praepositi et parochianorum s. Teglae hujus urbis nostrae Mediolani tenoris hujusmodi, videlicet:

«Illustrissime et excellentissime princeps. Exponeno humilmente li vostri fidelissimi servitori el preposito de s. Tegla, et tuti quanti de epsa parochia de s. Tegla, como he vinti anni passati fu demolita quella excelente et plena de devotione la giexa de s. Tegla, per fare che la piazza del domo fusse granda et spatiosa, et se rendese più ornata, prometando però la felice recordatione de li avi de vostra signoria, zoè la excelentia del ducha Francescho et duchessa Blanca, auctore de epsa demolitione, che per ogni modo ne farebeno construere una altra giexa de s. Tegla, como de presente se potrebbe fare fede et completissimo testimonio, sed pur per in sina al presente non he facto provixione alchuna; il perchè dicto preposito et parochiani ne patissent infiniti prejuditii et in temporale et in spirituale, et in detrimento de l'anima et del corpo; nam se retrova più de 12 mila anime de epsa parochia essere in effecto senza alchuno, che in li bixogni soy li ministra li debiti sacramenti per la absentia del preposito, qualle se ritrova senza domicillio nè habitatione vicina ali parochiani soy per dicta demolitione, et za molti de epsa parochia sono morti senza confessione et altri ordini ecclesiastici, per non havere el suo preposito in loco comodo; sono etiam morti alchuni fangiuli senza baptismo, et insuper li bixogna mendicare loco de sepultura in le altre giexe con suo grandando incomodo, danno et vergogna, nè senza erubescencia et disconzo de done et fantine da marito se confessano et comunicano ne la giexa mazore, per el gran concorso de gente li passanti, perchè è quasi loco in publico discorso. Unde volendo dicto preposito et parochiani provedere a tanti absurdi, damni et vergogna, hano convenuto de fare oppera, voliendo la vostra signoria, per la constructione de epsa giexia de s. Tegla, tum per la devo-

tionem d'epsa giexia de s. Tegla, qualle v'è sempre havuta in gran veneratione in questa città, tum etiam per la comodità de epse anime et corpi de tanto numero; et avante significaseno altro a la signoria vostra, hano diligentemente considerato, unde se potesse hedificare dicta giexia in majore ornato et utilitate de questa citade, nec non che comodamente ajutasse et servisse a li bixogni de epsi parochiani; et tandem è lo apparere de tuti, che dicta giexia comodissimamente et cum gran ornamento de la città se potrebbe fare nel fine de la piazza del domo, unde altre volte fu dicta giexia: et per majore intelligentia ne hano participato dicti parochiani con alcuni ingignieri del comune di Milano, verisimilmente amatori del ornato de questa città et del bene publico, di qualli apparere he stato, che talle constructione sarà ad grandissimo ornamento de epsa piazza del domo et de la ducale corte, et che dicta piazza farà molto più bello videre che non fa al presente, nec per talle fabrica sarà tropo angusta o piccola, anze remanerà longa più de cento cinquanta brazza, facendo dicta giexia non molto granda et in forma aspericha, como he lo apparere de tuti; si che supplicano humilmente li prefati, che attentis praedictis, et maxime la granda devotione et veneratione tanta a s. Tegla, et le grande incomodità et dampni de epsi parochiani, tum etiam per lo futuro ornamento a questa città et utilità publica et comune, se digna la signoria vostra concedere plena et libera licentia et facultate de hedificare dicta giexia de s. Tegla in el fin de dicta piazza, per che habiando effecto questo hedifitio, sarà etiam satisfacto a la opinione et desiderio de le prefate felice recordatione de li avi de la signoria vostra, a la quale humelmente se recomandano. »

Cum autem supradictorum supplicantium voluntas nonnisi honesta et pia censeri possit, quippe quae ad animarum suarum salutem, ad divini cultus incrementum et urbis hujus ornamentum procul dubio tendit, eisdem annuendum censuimus, praesertim cum a nonnullis summi ingenii publicis architectis facti sumus certiores nihil pulchritudinis adimi ex supradictorum concessionem templo majori hujus urbis aut plateae, quae ipsi antijacet, sed fore potius ut omnia pulciora et magis de-

[1491]  
centia videantur; perinde tenore praesentium ex certa scientia licentiam concedimus et potestatem omnimodam facimus praedictis supplicantibus et quibusvis aliis personis ad id contribuere volentibus, ut supradictam ecclesiam sub vocabulo s. Teglae hedificari ac construi facere possint in loco et formis ac modis superioribus expressis tute, libere et impune, aliis quibus in contrarium facientibus non attentis, quibus in hac parte, quantum ad nos attinet, derogamus; cum hac tamen declaratione, quod ipsi supplicantes teneantur solvere et satisfacere quibuscumque habentibus jura vel melioramenta super domibus, quae pro talli constructione demolientur, aut in locis, in quibus haedificari tallem ecclesiam contigerit; quod si inter sese concordet non remanserint, ex nunc declaramus et volumus ipsos supplicantes dare et solvere debere pro juribus et melioramentis iis quorum fuerint, quicquid declarabit vicarius provixionis communis Mediolani, una cum duobus architectis seu ingeniariis ipsius communis. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrari, nostrique sigilli munitimine roborari.

Datum Mediolani, die 10 augusti 1491.  
Sign. B. Calchus.

Addi 18 agosto.

Magistro Johanni Angelo de Seregno pictori, l. 40 imp. super ratione operis per eum inchoati in depingendo antas organorum noviter constructorum in praefata majori ecclesia.

*Costruzione. Gian Giacomo Dolcebono.*

Lunedì, 22 agosto.

Propostosi da maestro Gian Giacomo Dolcebono di voler adoperare nella costruzione del tiburio 40 pietre di marmo bastardo, della misura da 4 in 5 braccia, demandarono a due deputati di provvedere intorno a ciò, secondo che loro parrà per il meglio.

Addi 24 settembre.

Magistro Gaspari de Verderio aurifici, pro ejus solutione palmae unius et diadema unius Jottoni aureati auro fino, et hoc pro ponendo ad

imaginem marmoreams. Agnetis nuncupatam, noviter sculptam per magistrum Benedictum de Briosco . . . . .

*Prezzo del vino alla brenta.*

Mercoledì, 28 settembre.

Deliberarono farsi il contratto per l'acquisto di certa quantità di vino al prezzo di s. 42 alla brenta.

*Collaudo degli organi nuovi.*

Giovedì, 20 ottobre.

Ordinatum est quod magister Benedictus de Borsano, magister Georgius de Ulma, et presbyter Bernardinus de Premenugo, organistae, revideant organa noviter facta per magistrum Bartholomaeum de Lumesanis.

*Benedetto da Briosco, scultore.*

Commisero ai gestori di negozio di farsi consegnare la statua in marmo scolpita da maestro Benedetto da Briosco.

Giovedì, 17 novembre.

Assunsero allo stabile servizio della fabbrica col salario giornaliero di s. 10 lo scultore Benedetto da Briosco.

*Statua in marmo di s. Agnese.*

Giovedì, 1 dicembre.

Ordinarono collocarsi la statua in marmo di s. Agnese all'esterno verso le beccarie di Comedo.

*Concessione del luogo del Broletto e sua piazza all'università dei Mercanti.*

Addi 4 dicembre.

Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes, dux Mediolani, etc., Papiæ Angleriaequæ comes, ac Januæ et Cremonæ dominus. Ab universitate mercatorum civitatis nostrae Mediolani supplicationem accepimus, cujus exemplum infrascriptum est.



« Illustrissimo et excellentissimo signore. Già molti anni et per antica memoria fu dedicato al comodo et exercitio delli vostri fidelissimi servitori mercadanti una piazza insieme con il portico del pallatio, posta nel broletto di questa vostra inclita città di Milano, la qual piazza et portico, universalmente noncupato loco de' Mercadanti, fecero ornare et forrare con le colone de sarizo a cerco con catene, per modo restasse netta et reguardata da ogni brutura, acciò essi mercadanti li puotessero commodamente praticare come a loro essercicio si conviene, così per piazza come per altri tempi, sendo quella li fu impedita assai vilmente, come sono merzari, cavalanti, zarratani et altre specie de occupationi, in grandissimo desconzo et jaectura de essi mercadanti, quali hanno la cura di farla tener ordinata et netta con diverse spese. Per il che ricorrono humilmente da vostra illustrissima signoria, la quale non credono debbia patire tale inconveniente, supplicandola si degni per sue letterè patenti declarare et mandare, che non sia alcuno officiale nè altra persona, che ardisca intramettersi in detta piazza o portico a loro uso dedicato, et che li impedimenti siano levati, remettendo detto loco alla disposizione della università de essi mercadanti ovvero alli suoi abbati, del quale possono disporre come de cosa a loro concessa et attribuita, che essi credono sia intentione de Vostra Excellentia, alla quale se raccomandano. »

Consideratis autem tam exponentium quam petitionis qualitate, merito inclinamur ut postulata concedamus, nam et honesta sunt et supplicantium ordo dignus est, cujus desiderio mos geratur, quando rebus publicis privatisque ornamentum, decus et utilitatem offert maximam. Idcirco tenore praesentium ex certa scientia declaramus et mandamus, quod nullus officialis noster, vel comunis Mediolani, vel alia quaevis persona audeat in futurum aliqua via, modo vel titulo, plateam et porticum, de quibus fit mentio, ulla ex parte impedire vel aliquo modo occupare absque licentia et consensu abbatum ipsorum mercatorum et universitatis eorumdem, quibus tam praesentibus quam per tempora futuris, harum serie, jus et arbitrium facimus, concedimus et impartimur de

ipsis porticu et platea disponendi, tamquam de re ad universitatem ipsorum mercatorum pertinenti, ejiciendique et expellendi sua auctoritate quoslibet contra suam voluntatem de dictis platea et porticu ullo modo se intromittentes. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrari, nostrique sigilli impressione muniri.

Datum Mediolani, die quarto decembris 1491.  
Sign. B. Calchus.

Domenica, 18 dicembre.

Super propositione facta per habitantes in domibus et apothecis novis, sitis super platea majoris ecclesiae, quiasserunt in instrumentis suis continere porticum situm ante apothecas novas existentes supra plateam praefatae majoris ecclesiae, et propter hoc requisiverunt praedictis dominis deputatis quatenus velint ipsos relevare a praecepto eis facto, mandato domini vicarii provixionum, parte cujus praeceptum fuit, quatenus non impediant dictum porticum, praefati domini deputati ordinaverunt et praesentium tenore ordinant, quod videantur instrumenta, si in eis porticus ipsa est comprehensa vel ne.

Martedì, 21 dicembre.

Nominarono ad ufficiali per l'anno seguente:  
Al magistrato, Bartolomeo de' Menclozzi.  
Alla cancelleria, Alberto de' Sansoni.  
Alla tesoreria, Gerolamo de' Casate, figlio di Giorgio.  
All'esattoria, Pietro de' Sovico.  
Alle munizioni, Ambrogio de' Gradi.  
Alle liste, Alberto de' Po.  
Alla sovrastanza della cassina, maestro Cristoforo de' Ghisolfi.  
Alla sovrastanza alle spalle della chiesa, Gian Giacomo de' Plati.  
Ritornando sulla deliberazione presa il 1.º corrente sulla statua di s. Agnese, deliberarono la si debba collocare nell'interno della chiesa.

Lapicidae: Aloysius de Lomatío, Martinus Benzonus, Gabriel de Rotoris, Mafeus de Marliano, Paulus de Concoretio, Hieronymus de Latuata, Cristoforus de Crispis, Benedictus de Briosco magister a figuris.

Arcivescovo: Guido Antonio Arcimboldo.  
Vicario arcivescovile: Gio. Battista Ferro.  
Vicario di provvisione: Bernardino de' Monteluti d'Arezzo.  
Tesoriere ducale: Antonio de' Landriano.  
Ordinari: Filippo de' Calvi, Pietro de' Casoli, Modesto de' Cusano e Giovanni de' Menclozzi.  
Dei maestri delle ducali entrate ordinarie: Carlo de' Trivulzio.  
Abbati del collegio de' giudici: Gian Giacomo de' Balsamo e Ludovico de' Cambiagio.  
Deputati delle porte: orientale, Pietro de' Casate, Lucio de' Cotta e Ambrogio Pagnano; romana, Pietro de' Fedeli, Giovanni degli Omodei e Gian Pietro de' Sapelli; ticinese, Giacomo de' Barzio e Vercellino Visconti, milite; vercellina, Lionello de' Meravigli, Francesco de' Taverna e Lorenzo de' Vicomercato; comasina, Giacomo de' Cusano, Francesco degli Orombelli e Gio. Ambrogio Moneta; nuova, Francesco de' Capra e Gian Antonio de' Lattuada.

Altare di s. Giuseppe disegnato dall'Omodeo alla memoria del duca Galeazzo Maria.

Domenica, 8 gennaio.

Presente anche l'arcivescovo, deliberarono doversi portare a termine il già incominciato altare di s. Giuseppe, giusta il modello di Gio. Antonio Omodeo; per onorare la memoria del duca Galeazzo Maria Sforza Visconti.

Piazza del Duomo.

Lunedì, 16 gennaio.

Per tenere sgombra la piazza deliberarono doversi rimuovere i caselli di legno, ed ordinarono a Donato de' Turate di togliere ed asportarne quello che vi tiene, essendogli stato affittato soltanto lo spazio di terra.

Prezzo d'affitto degli spazi della piazza del Duomo.

Deliberarono rinnovarsi l'affitto ad Antonio degli Arconate di tre spazi di terra sulla detta piazza, per il prezzo annuo di l. 44.

Regolamento per l'ufficiature.

Addì 21 gennaio.

A la presentia delo illustrissimo signor Ludovico, convocati lo reverendissimo monsignor arcivescovo, deputati dela fabbrica del Domo et deputati de sua signoria sopra il dinaro, è ordinato come di sotto:

Che tutte le messe de la chiesa maggiore del Domo siano reducte al ordine facto per lo illustrissimo signor duca Galeaz, videlicet a messe 13, quali habiano fior. 40 l'anno per messa, et vengano omne di a dire le messe al suo altare, et li preyti, deputati a celebrare dette messe, vadino le feste comandate a cantare in coro de la predicta chiesa;

Che'l collegio di doctori de Milano fatieno una capella in domo, et fatieno celebrarli omne giorno una messa, et fatieno fare le invetriate a le finestre de dicta capella; et fatiano el simile El collegio di medici de Milano;

El collegio di mercadanti descripti, el collegio di setaiuoli, el collegio di mercadanti da lana, el collegio di mercadanti da fustaneo, el collegio di spiciari, el paratico di aurifici.

Li paratici più honorevoli faciano ut supra, sin a la quantità de li altari del domo, che sono da dare via;

Che le obedientiarie del Duomo si dagheno a persone da bene, che possono pervenire a maggior grado, che fazano la residentia, et che sustengano la coda ali ordinarii del Domo; e lo predicto monsignore arcivescovo provveda che cossi se exequissa, secundo l'ordine facto per sancto Ambrosio;

Che li canonici decumani vadano le domene ad adjutare la celebratione de la messa del prefato monsignor arcivescovo, et li altri stagan al grado suo;

Che se parli a m. Jacomo Antiquario, el quale stagh advertito, che accadendo vacare beneficio alcuno de gierechato campestre, ne avisa lo illustrissimo signore Ludovico, per darlo al Domo, adziò che se ne possa pagare li mazaconj, notari et li clerici, che ajutano le messe et offitii in Domo, quali non hanno altri benefitii, et che fazeno la residentia.

*Piazza del Duomo.*

Giovedì, 26 gennaio.

Per decoro della piazza ordinarono dovesene, senza eccezione, asportare tutti i caselli in legno, ivi attualmente esistenti.

*Statua di s. Carpofo.*

Giovedì, 16 febbraio.

Rinnovarono la deliberazione fatta altre volte, di rimuovere la figura di marmo rappresentante s. Carpofo, situata verso il palazzo del capitano di giustizia.

*Stefano de' Dunesii, Matteo da Castello, Francesco da Sesto, Ambrogio de' Ghisolfi scarpellini, vanno a Roma a perfezionarsi nell'arte della scultura.*

Assecondarono la domanda fatta da alcuni scarpellini, di andare a Roma a perfezionarsi nell'arte della scultura, a condizione di non esser riammessi al servizio della fabbrica, se non dopo trascorsi dieci anni. Erano Stefano de' Dunesii, Matteo da Castello, Francesco da Sesto ed Ambrogio de' Ghisolfi.

*Paratico dei sarti; offrono di far fare la vetriera all'altare di s. Giovanni Battista.*

Concessero al paratico dei sarti l'uso dell'altare di s. Gio. Battista, contiguo all'altare di s. Luca, verso la curia ducale, a cui essi sarti offrono far fare la vetriera, a condizione che vi facciano celebrare la messa ogni giorno festivo.

*Cantori. Retribuzione d'incoraggiamento.*

Fissarono a due dei cantori della cappella, a titolo d'incoraggiamento, la retribuzione mensile di s. 20.

*Ragionato coadjutore. Salario.*

Giovedì, 1 marzo.

Essero un ragionato coadjutore al vecchio Pietro de' Plati col salario mensile di fior. 6, la qual nomina fu poi approvata e collaudata dal vicario arcivescovile.

*Nomina dei confessori per l'indulgenza del 25 corrente.*

Lunedì, 12 marzo.

Datasi lettura della bolla dell'indulgenza per 25 corrente, dalla quale rilevavasi commessa al vicario arcivescovile in concorso dei deputati la nomina dei confessori, si procedette all'elezione relativa.

*Multa agli scarpellini che si assentano senza permesso.*

Addì 26 aprile.

Deliberano che nessuno degli scarpellini adetti alla fabbrica possa andare a lavorare altrove; e chi senza permesso si assenterà, dovrà pagarle s. 2 imp. per ogni giorno di assenza.

Giovedì, 3 maggio.

Deliberano scrivere a Ludovico Maria Sforza per ricordargli il debito delle l. 800 imp., dovute alla fabbrica per fitto della casa, in cui abitava Tomaso de' Grassi (suocero di Giulio Sforza), e di quelle altre l. 1000, di cui la stessa eccellenza era debitrice al detto Tomaso.

*Salarij.*

Lunedì, 7 maggio.

Aumentarono il salario mensile del sovrastante alle spalle della chiesa fino a l. 4.

*Prezzo di terreno in Ripalta.*

Giovedì, 40 maggio.

Deliberarono venderli il terreno situato in Ripalta, legato alla fabbrica da Margherita de' Capitani d'Arsago, al prezzo di l. 10 alla pertica.

*Negata riedificazione delle botteghe situate sotto il Paradiso, presso la demolita chiesa di s. Tecla.*

Venuto in discussione, se debbasi accordare ai canonici della chiesa di s. Tecla il permesso di riedificare le botteghe situate sotto il Paradiso, che attualmente crollarono, deliberarono negativamente, sia perchè dovrebbero ad ogni modo essere demolite fra breve tempo, sia perchè in quel luogo havvi grande quantità di corpi sepolti; per cui è evidentissimo che quel luogo è stato altra volta sacro.

Addì 27 giugno.

Magistro Cristoforo de Mantegatiis, magistro a lignamine, pro solutione clodorum positorum in opere adornamenti facti subtus tiburium praefatae majoris ecclesiae pro die solemnitate Pentecostis, quo die baptizatus fuit illustrissimus filius illustrissimi domini ducis Mediolani....

Johanni Petro de Rixiis pictori l. 13, s. 2, d. 6, pro ejus solutione cherubinarum et seraphinarum 350 per ipsum factorum in cartonis, positorum in ornamento circa drapos extensos in nave de medio, videlicet a tiburio usque ad altare dominae sanctae Mariae in medio ecclesiae, tempore solemnitate baptismi filii illustrissimi domini ducis, qui baptizatus fuit die 10 mensis junii.

*Necessità di avere licenza dal duca per l'uso di una cavalcatura.*

Lunedì, 2 luglio.

Ordinarono indirizzarsi supplica al duca, perchè degnisi con sue lettere concedere al

signor Bartolomeo de' Pegii permesso di tenere un muletto e di cavalcarlo, attese le sue infermità.

*Convenzione fra i deputati della fabbrica ed i frati della Certosa di Pavia per la somministrazione dei marmi.*

Infrascripti sono li pacti et conventione, facti tra li agenti a nome de la venerabile fabbrica de la ecclesia magiore de Milano per una parte, et il venerabile patre domino fratre Gio. Pietro Plato, ex et de li venerabili religiosi del monasterio de la Cartusia de Pavia, como sindaco et procuratore d'epso monasterio per l'altra parte, videlicet, ut infra:

Primo che li domini deputati de la prefata fabbrica de Milano siano obligati dare ali agenti a nome dil predicto monasterio de la Cartusia quello marmore bisognerà per la fazata de la giesia d'epsa Cartusia, secondo che haverano a consumarlo da anno in anno, fazando epsi domini deputati d'epsa Certosa intendere a li dom. deputati aut negotiatori d'epsa fabbrica de Milano, quando sia a santo Michele, de quante navate gli ne farà bisogno, et cosi de anno in anno observando quello. El qual marmore sia et debia essere de tre sorte, cioè una parte del Ciocarolo, un'altra del Margozzono, et l'altra de Ornavassio, cioè del Sarazino, et tutto se intende che sia condecante a fare la sua opera. Con questa conditione, che quando dicti de la Cartusia vorrano fare levare li marmori, siano obligati advisare li domini deputati de la fabbrica de tempo commodo in ante, a ciò possano mandare uno per la prefata fabbrica del Domo de Milano, che vada prima a tore quello marmore parirà ali prefati fabriceri dil Domo ut supra, a ciò non se ne venesse ad impedire il lavorerio de la prefata fabbrica.

Item che li prefati venerabili domini religiosi et fratri del predicto monasterio de la Cartusia siano obligati pagare ala prefata fabbrica de Milano, ad ogni sua requisitione, dicto marmore, a computo de s. 13 imp. per ogni centenario, consignato ad s. Sofia, intendendo però che la prefata fabbrica del Domo de Milano non sia obligata ad alcuno datio per dicto marmore, da fi conducto ut supra, salvo ut infra. Con questa conditione, che, accadendo

che li prefati domini priori religiosi de la dicta Cartusia volessero fare condurre dicto marmore da tempi, neli quali gli fusse poca aqua, ovvero gli fusse qualche pericolo o impedimento, che in quello caso la prefata fabrica del Domo de Milano sia obligata fare bono alli prefati domini religiosi cartusensi soldi 3 imp. per ogni centenaro de marmore, et non più, videret per quella quantitate de dinarii se spenderà più del solito il centenaro a farlo condurre a dicta s. Sofia; ed il conto se habia ad mandare a la prefata fabrica dil Domo de Milano, de nave in nave, pesato chel sia a la sua statera; et accadendo esserli alcuni pezzi, li quali se conoscesse non potersi levare con la statera, siano examinati a la montagna per quelli che manderano il marmore a la fabbrica del Domo dicti religiosi, et sia obligata l'una parte et l'altra saldare li conti una volta l'anno.

Item che dicte parte et ciascuna de quelle sia obligata con effecto de fare preservare exempto dicto marmore, quale se condurà ad dicta s. Sofia, da li datii da Sexto, Arona et Lexa; et casu quo non si potesse ottenere dicta exemptione de dicto marmore, da sir conducto ut supra, che dicte ambe parti et ciascuna de quelle per la mitate siano obligate pagare dicti trey datii, ovvero per quella parte non si poterà preservare exempta de dicti trey datii.

*Confirma di esenzione da dazio per tutto quello che vien condotto dal Lago Maggiore per uso della fabbrica.*

Addi 7 dicembre.

Referendario et iudici datiorum nostris Mediolani.

Dominus Mediolani, etc. Intentionis nostrae est, sicut aliax ordinavimus, quod de rebus

[1492]

quae pro fabrica majoris ecclesiae beatissimae virginis Mariae hujus nostrae civitatis conducuntur, nullum solvi debeat datium, pedagium, gabella vel transitus. Praeterea volumus, quod ad hos novos incantus fiendos poni facere in quibuscumque datis datiorum comunis dictae nostrae civitatis debeatis et describi, quod quaecumque res et omnia alia cujusvis modi sive manerierum sint conducenda pro dicta fabrica ad ipsam et ejus occaxione, etiam pro necessariis, per lacum majorem vel aliter, dum sint causa dictae fabricae, conduci, ut praefertur, possint absque ullius datii, pedagii, gabellae seu transversus solutione, sicque nullum dubium oriri valeat amodo superinde; avisantes vos, quod quatenus contingeret scribi de dictis datii incantandis cum pactis et modis consuetis, nihilominus exceptari fatiatis ab eorum solutione dictas res, ut supra, conducendas pro fabrica memorata.

Datum Mediolani, die septimo decembris 1492.

*Sign. Ego Vigilius de s. Vigilio, notarius officio praefatorum dominorum magistrorum, dictas litteras a praescripta filza et originali exemplari extraxi, et quia eis auscultatis cum ipso exemplari, concordari easdem reperi, in testimonium me subscripsi die 15 praedicti mensis decembris.*

Lapidariae: Benedictus de Briosco, Franciscus de Sexto, Stefanus de Dunexiis, Nicolaus de Bonfiliis, Ambrosius de Ghixulfis, Paulus de Concoretio, Mafeus de Marliano, Protasius et Martinus de Benzonibus, Johannes Antonius de Oxnago, Policletus de Luonibus, Mafeus de Grandate, Ambrosius de Gussis, Benedictus de Cumis, Henricus de Cisnuscolo, Augustinus de Mendrixio, Gabriel de Leucho.

1493.

*Alessandro VI conferma l'indulgenza concessa già dal suo antecessore Sisto IV a' 9 aprile 1481.*

Addi 4 marzo.

Alexander papa VI. Universis christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Dudum, sicut nobis propositum fuit, felicis recordationis Sixtus papa IV praedecessor noster omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui singulis annis alternis vicibus ecclesiam mediolanensem ac capellam hospitalis novi, magni nuncupati, etiam mediolanensis in festo Annunciationis beatae Mariae virginis a primis vespers usque ad occasum solis diei ipsius festi devote visitarent, ac ad perfectionem fabricarum ecclesiae et hospitalis praedictorum et hospitalitatis dicti hospitalis manutentionem manus porrigerent adjutrices, plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam et remissionem concessit, cum facultate deputandi confessores, prout in litteris ipsius Sixti praedecessoris desuper confectis, quas post viginti annos minime valere voluit, plenius continetur. Postmodum vero nos ad summi apostolatus apicem divina favente clementia assumpti, omnes plenarias indulgentias et facultates illas concernentes ad nostrum et dictae sedis beneplacitum suspendimus. Nos igitur cupientes ut fabricis et hospitalitati hujusmodi subveniatur, paterna charitate consulere, dilecti quoque filii nobilis viri Johannis Galeaz Mariae ducis mediolanensis, etiam nobis super hoc humiliter supplicantis, supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica tenore praesentium decernimus litteras praedictas etiam de cetero, prout ante suspensionem nostram hujusmodi poterant, suum debi-

tum sortiri debere effectum, illasque potiori pro cautela approbamus ac plenum firmitatis robur obtinere volumus, et de novo, quatenus opus sit, juxta tenorem litterarum praedictarum in omnibus et per omnia concedimus, non obstantibus praemissis ac constitutionibus apostolicis, nec non omnibus illis, quae praefatus Sixtus praedecessor voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris, die 4 martii 1493, pontificatus nostri anno primo.

*Sign. B. Floridus.*

Addi 27 giugno.

Magistro Johanni de Molteno fabro argentario, l. 9 imp. super ratione crediti sui, occasione deaurationis per eum fiendae super uno radio ad imaginem parvi Dei super altare s. Joseph in praefata majori ecclesia constructum per nunc quondam bonae memoriae illustrissimi ducis Mediolani Galeaz.

Addi 12 luglio.

Johanni Petro de Casate, notario causarum civilium ad bancum magnifici domini potestatis Mediolani, l. 3, s. 6 imp. pro conventionem sua, attento quia praefata fabrica exempta praeservatur ab expensis actuum, qui fiunt ad dictum bancum praefati domini potestatis in causis praefatae fabricae.

Addi 17 luglio.

Magistro Matteo de Fidelibus pictori l. 16 imp., super ratione depingendi et coloribus or-

nandi altare s. Joseph in dicta ecclesia constructum, et figuras seraphinorum et montes ac arbores sculptos et marmore caelatis.

Addi 26 agosto.

Magistro Mathaeo de Fidelibus pictori l. 8 imp., pro solutione mercedis suae, occasione designi per eum facti de tabernaculo uno pro reponendo sacratissimum clavum domini nostri Jesu Christi, qui est factum super telam unam.

Addi 18 ottobre.

Magistro Mathaeo de Fidelibus pictori l. 20, s. 11, d. 6, super ratione depingendi et perfi-

ciendi historiam altaris s. Joseph, et numerentur Ambrosio de Serono pro ejus solutione foliorum 823 auri, per eum ipso magistro Mathaeo datorum.

Lapididae: Gabriel de Leuco, Christoforus de Crispis, Nicolaus de Maratiis, Paulus de Concoretio, Andreas de Amiconibus, Galeaz de Retenate, Jacobus de Cavenago, Johannes Petrus de la Ecclesia, Jacobus de Caravagio, Galeaz de Osiis, Hyeronimus de Latuada, Mafaeus de Marliano.

Addi 21 febbraio.

Bernardino de Birinzago, una cum sociis duodecim, omnibus lapicidis praefatae fabricae, qui laboraverunt in laboreriis illustrissimi domini dom. ducis nostri Mediolani, ad fenestras archixis portae Jovis Mediolani, de quibus operibus fabrica praefata habuit solutionem a praefato illustrissimo domino duce nostro de l. 113, s. 10.

Addi 17 aprile.

Magistro Johanni de Trivisio l. 21 imp., occasione depingendi majestatem unam gloriosissimae virginis Mariae, positam in camera praefatorum dominorum deputatorum.

Addi 24 luglio.

Magistro Johanni Antonio de Homodeis inginiario praefatae fabricae l. 200 imp., pro finiendi figuras marmoris pro altari s. Joseph, constructo nomine illustrissimi domini dom. ducis Mediolani.

Addi 22 settembre.

Jacobo ducali provisionato, dicto Florentino, l. 8 imp. pro ejus solutione mercedis suae, occasione eundi ad terram Modoetiae et alibi, parte illustrissimi domini dom. ducis Mediolani, causa suspendendi publicationem nonnullarum bullarum apostolicarum, attento quia ipsa publicatio cedebat in detrimentum plenariae indulgentiae in praefata majori ecclesia in anno praesenti.

Addi 23 dicembre.

Johannino de Candis pro solutione majestatum quinque cum figuris beatae virginis Mariae, per eum factarum super cartis capretorum sibi datis per dictam fabricam, cum fatie ecclesiae praefatae et certis figuris pinctis de subtus, per eum Johanninum datarum et consignatarum super dicto laborerio dominis deputatis dictae fabricae, pro mittendo ad partes lacus majoris pro ponendo super certis cap-

setis ligneis, in quibus recolligi debent denarii pro dicta fabrica in partibus praedictis, ad computum s. 20 imp. pro qualibet majestate.

*Esenzione di brente 600 di vino di ragione della fabbrica da ogni dazio o gabella.*

Regulator, etc. Harum serie scribimus et iungimus universis et singulis ducalibus officialibus, datariis, portitoribus et subditis feudatariorum, ad quos hae devenerint, quatenus quemcumque nuncium spectabilium deputatorum fabricae ecclesiae majoris hujus inclitae civitatis Mediolani, conducentem seu conduci facientem de proximo et partibus alexandrinis et Montisferrati ad ipsam fabricam brentas sexcentum vini pro usu fabricae ipsius ecclesiae cum personis, jumentis et vehiculis quibuslibet opportunis et necessariis, tam per terram quam per aquam, quocumque, quacumque et ubicumque ire et transire ac intrare permittant et omnino patiantur sine solutione alicujus datii, pedagii, gabellae, traversus, fundinavis et bulletarum, omnique alia cujusvis generis exactione et impedimento amotis; nam pro hujusmodi vini conductione pro usu praefatae fabricae nulla tam ex ordine ducalis camerae, quam ex forma incantum datiorum et privilegiorum suorum solutio aliquibus datariis debetur neque restaurum. Praesentibus valituris per menses duos proxime futuros (1).

Cornelius Siccus pro fide manu propria scripsit et subscripsit.

Lapididae: Bernardinus et Johannes de Birinzago, Blasius de Vajronibus, Jacobus de Cavenago, Christoforus de Crispis, Ambrosius de Blassono, Ambrosius de Fagnano, Paulus Burrus, Petrus de Gandino.

(1) Egual esenzione viene accordata per altra quantità di brente 100 di vino di provenienza del Monferrato, e condotto a Milano per uso della fabbrica.

*Vicario arcivescovile:* Gio. Battista Ferro.

*Vicario di provvisione:* Bernardino de' Monteluti d'Arezzo.

*Ordinari:* Carlo Baldo, Filippo Calvi e Cristoforo del Pozzo.

*Avvocati:* Gian Giacomo Balsamo e Gregorio Panigarola.

*Dottori di collegio:* Rizzardo de' Cusano, Michele Marliano e Teodoro degli Osio.

*Dei XII di provvisione:* Carlo Barzia, Donato de' Cusano, Andrea de' Giussano, Nicola de' Palazzo, Francesco Scanzi, Filippo de' Seregno e Luca de' Serono.

*Deputati delle porte:* orientale, Lucio Cotta e Corradino Marliano; romana, Pietro de' Fedeli; ticinese, Francesco de' Pietrasanta e Vercellino Visconti; vercellina, Agostino de' Mervigli e Gian Pietro de' Risi; comasina, Battista Landriano e Corradino Vicomercato; nuova, Antonio Lattuada ed Erasmo Serazzone.

*Prepotenze ducali.*

Giovedì, 8 gennaio.

Lorenzo de' Ghisolfi aveva legato alla fabbrica un freno con certi gioielli. Fu richiesto dal duca che lo si dovesse portare a lui, e lasciarglielo qualora fosse di suo aggradimento.

*Il duca Lodovico Maria Sforza, non potendo pagare un proprio debito per sovvenzione fattagli dagli appaltatori dei dazj ed addizioni, vende ai medesimi e dà in paga alcuni diritti di dazio ed imbottato.*

Addì 14 gennaio.

In nomine Domini. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, indictione tertiadecima, die mercurii, quattordicesimo mensis januarii. Cum sit quod usque de anno 1492 proxime praeterito infrascripti nobiles cives mediolanenses, Guidottus de Birago, Bartholomaeus de Brippis et Bernardinus de Medicis incantaverint seu abocaverint datia, seu adiciones septem et quinque mensium daciorum civitatis Mediolani pro annis quatuor tunc proxime futuris 1493, 1494, 1495 et 1496, prout in incantu et deliberatione superinde factis continetur; ipsique Guidotto,

Bartholomaeo et Bernardino incantatoribus, ut supra, suis nominibus propriis et nomine sociorum suorum deliberata fuerint ipsa datia pro ipsis annis quatuor, cum subventionem per eos, seu aliquem vel aliquos ex eis, et eorum socios et participes in ipsis datii de ducatis vigintiquinque millibus valoris lib. 4 imp. pro quolibet ducato, eisdem restituendis certo tempore cum emolumentis in certis terminis tunc futuris et nunc praeteritis, et maxime pro majori parte super datio et additione quinque mensium anni 1494 proxime praeteriti, ut patet per confessiones levatas per ipsos datarios et eorum participes, apud eos socios et eorum participes existentes pro restanti summa lib. 88,750 imp., restantia ipsis datariis et eorum sociis ex ipsa subventionem ipsorum ducatorum 25,000, et emolumentis debiti ipsa occasione; et quae lib. 88,750 imp., restantes ut supra, veniebant solvendae super dictis datio et additione quinque mensium dicti anni 1494 proxime praeteriti; et, sic exigentibus incumbentibus necessitatibus, infrascripto illustrissimo et excellentissimo domino duci nostro necesse fuit eisdem incantatoribus et sociis se ab ejusmodi pecuniarum exactione abstinere et retrahere et manum continere, et principi praelibato iterum subvenire, et creditum ejusmodi exigendum differre, seu infrascriptum

modum conservare, et non consultum sit seu consulatur aliquando eorum satisfactioni, et cum aliunde praelibatus princeps modum stabiliorum et commodiorum, celsitudinis suae re consulta, non inveniret nisi ad infrascriptam in solutum dationem procedat, cum satis dominationi suae pertinisset (?) et constet ipsorum cives et datarios, calculatis calculandis, de summa ipsarum lib. 88,750 imp. veros velare creditores, occasione residui ipsorum ducatorum 25,000 subventionis praedictae de dictis lib. 88,750 imp., prout ibidem praelibatus princeps, instantibus infrascriptis Johanne Putheobonello et Johanne Petro de Porris ex sociis praefatorum datiariorum, suis et nominibus aliorum sociorum suorum, stipulantibus etiam nomine infrascripto, et recipientibus nomine et vice et ad cujuslibet personae cui interest . . . . ut dixit et protestatus fuit, et dicit et protestatur.

Modo autem illustrissimus et excellentissimus dominus dux Ludovicus Maria Sfortia Vicecomes Anglus, dux Mediolani, etc., Papias Angleriaeque comes, ac Genuae et Cremonae dominus, natus quondam nunquam delendae memoriae illustrissimi principis domini ducis Francisci Sfortiae Vicecomitis, olim ducis Mediolani, in praesentiarum residens seu existens in arce sua portae Jovis Mediolani, volens, ut decet, ipsis civibus et creditoribus morem gerere, et eorum satisfactioni providere de dicto eorum restanti credito, ex certa scientia et omnibus modo, jure, via, causa et forma, quibus melius potuit et potest, fecit et facit venditionem et datum in solutum ad proprium, liberum, francum et absolutum ab anni ficto, censu, conditione, praestatione, servitute et foco et onere alicui dandis, praestandis, faciendis seu etiam sustinendis, nobilibus viris dominis Johanne Petro de Porris, filio quondam domini Jacobi portae vercellinae, parochiae s. Mariae Pedonis Mediolani, et domino Johanne de Putheobonello, filio quondam domini Lanzalotti portae ticinensis, parochiae s. Sixti Mediolani, et utriusque eorum ibi praesentibus, stipulantibus et recipientibus ac ementibus et in solutum accipientibus suis nominibus propriis, et nomine et vice et ad partem et utilitatem aliorum sociorum suorum inferius nominatorum, et qui sunt hi, videlicet: nomine, vice et ad partem

et utilitatem Aloysii de Cantono, filii quondam domini Jacobi, de Brusatis filii quondam domini Albertini, Baptistae de Aplano filii quondam domini Zanii, Thomae de Sovico filii quondam domini Antonii, pro se et sociis suis, Guidotti de Birago filii quondam domini Bartholomaei, de Brippio filii quondam domini Ambrosii, Michaelis de Rociis filii quondam domini Hieronymi, Francisci de Guinzano filii quondam domini Johannis Marci, de Littis filii quondam domini Francisci, et Johannis Landulphi de Gioannis filii quondam domini Johannis, omnium sociorum ipsius Johannis Petri de Porris et Johannis de Putheobonello, et pro eis, nominative de infrascriptis datii et imbotaturis, ac datii panis, vini et carniū infrascriptorum locorum, seu infrascriptorum plebium et locorum, de quibus infra, videlicet: primo, de datio panis, vini et carniū burgi Abbiatigrassi et suburbiorum; item de imbotaturis vini et bladurum plebis Bollate; item de datio panis, vini et carniū tabernae de Sexto Johanne curiae Modoetiae; item de imbotaturis vini et bladurum plebis s. Juliani; item de imbotaturis vini et bladurum plebis Locate; item de imbotaturis vini et bladurum plebis de Parabiago; item de datio panis, vini et carniū tabernae della Gambalojta; item de datio panis, vini et carniū plebis Aplani; item de imbotaturis vini et bladurum plebis Marliani, omnium ducatus Mediolani, et quae omnes plebes, respectu dictorum datiorum superius declaratorum, incantatae fuerunt, seu venditae, seu locatae in summa pro lib. 4437, s. 8, d. 3 imp., salva regalia tangente praelibato illustrissimo domino duci nostro Mediolani, quae regalia non intelligatur comprehensa in praesenti venditione. Item de jure petendi, exigendi, consequendi et habendi omnes intratas, redditus et proventus ipsorum datiorum et plebium, et eo finito incantu, seu finitis incantis, seu locationibus infactis in toto aut in parte, incantandi seu locandi et vendendi ad eorum beneplacitum emptorum, haeredumque et successorum suorum, et quibus dederint; et hoc libere et absque solutione et onere solvendi aliquid pro ferrata, nec avantagiis, nec notario, nec tubatoribus, nec aliis dependentibus, seu dependentiam habentibus a datio et notario turris credentiae, nec aliquo-

rum dependentium ab eis, nec causa, nec occasione alicujus privilegii cuiquam concessi pro immunitate bonorum acquirendorum per privilegium, seu habentes privilegia exemptionis pro bonis post ipsa privilegia acquisitis, et salvis dictis privilegiis respectu bonorum cum ipsis privilegiis acquirentium, pro quibus tamen privilegia ipsa militare habeant, et non pro acquirendis in futurum; item de omni jure, actione et ratione, et de omnibus juribus, actionibus et rationibus et viis, accessiis, ingressibus et regressibus, usibus, utilitatibus et comoditatibus pertinentibus et spectantibus praelibato domino dom. duci in solutum datis, in, pro et super dictis bonis et juribus superioribus venditis et in solutum datis, et eorum causa et occasione . . . . . Quae quidem venditio seu datum in solutum factum fuit per praelibatum dominum ducem pro pretio et mercato inter eos contrahentes facto et convento suprascriptarum lib. 88,750 imp., et in solutum et pro solutione ipsarum totidem lib. 88,750 imp. debitarum per praelibatum ducem praefatis Johanni de Puthobonello et Johanni Petro de Porris, et ipsis eorum sociis ut supra, occasione restantis eorum crediti dictae subventionis, prout ibidem praelibatus dominus dux, instantibus et stipulantibus dominis Johanni de Puthobonello et Johanni Petro de Porris, suis et nominibus aliorum sociorum suorum, me notario infrascripto stipulante, ipsas lib. 88,750 imp. fore et esse verum restum dicti crediti dictorum datiorum dictae subventionis, et ipsos restare ejusdem domini ducis creditores de dicta summa, prout praelibatus dominus dux ad instantiam ut supra ibidem dixit et protestatus fuit, et dicit et protestatur. Quae quidem confessiones alias levatae super ipsis datis, et penes datarios et socios existentes remanserunt, et remanere debeant penes ipsos pro defensione ipsorum jurium, imbotaturarum et datiorum venditorum et in solutum datorum ut supra, et ad agendum tantum, et pristinas actiones contra praefatam ducalem cameram in casu evictionis dictorum bonorum et jurium in toto aut in parte aliqua, aut in eventu quod de jure vel de facto ipsa jura, datia et imbotaturae in solutum datae, ut supra, in toto aut in parte aliqua auferrentur, removerentur et abduceren-

tur ipsis emptoribus et in solutum accipientibus . . . . . Insuper praelibatus dominus dux noster pro majori cautela praedictorum omnium, et pro majori validitate ac corroboracione praesentis contractus, et praedictorum omnium et singulorum, ex certa scientia et de potestatis plenitudine etiam absolute supplet omnes defectus cujuslibet omissae solemnitatis tam intrinsecae quam extrinsecae sive formalis, quae in praesenti instrumento dici posset intervenisse, tollitque, cassat, irritat et annullat quascumque oppositiones et exceptiones ac defensiones quae objici possent, seu ex quibus argui vellet seu posset praesentem contractum non valere neque tenere, et quae objici possent quoad invaliditatem praesentis contractus, et cujuslibet in eo omissae solemnitatis, cum mentis suae celsitudinis fuerit et sit ipsum praesentem contractum et contenta in eo perpetuis temporibus valere, tenere et effectum sortiri debere, omni prorsus sublata exceptione vel oppositione, et omnibus sublatis argumentis, quae objici possent contra praesentem contractum et contenta in eo, ipsumque per contractum confirmavit et confirmat. Mandans et mandat praelibatus princeps tenore praesentis instrumenti quibuscumque officialibus suis praesentibus et futuris, vel quibus praesens instrumentum exhibitum fuerit, et praesertim magistris utriusque camerae suae praesentibus et futuris, quatenus ipsum praesens instrumentum et contenta in eo perpetuis temporibus ratum, gratum et firmum habeant et teneant observentque et exequantur ut jacet ad contextum, nec contra illud nec aliqua in eo contenta temptent nec attemptari permittant, imo observent et exequantur sicut jacet ad contextum, sub indignationis excellentiae suae poena; tollitque praefatus princeps et annullat per praesentem contractum quicquid attemptatum, factum vel gestum fuerit vel aliter actum contra dispositionem ipsius praesentis instrumenti et contentorum in eo, et quin observent et exequantur prout jacet ad contextum; et haec omnia et singula non obstantibus aliquibus legibus, statutis, decretis vel provixionibus in contrarium disponentibus, vel aliam formam dantibus, et maxime decreto anni 1423, die sexto octubris, quod incipit: « Providere volentes, »

Giovedì, 15 gennaio.

Ordinarono pagarsi l. 8, s. 18, d. 2 brente sei di vino, ch'erano state consegnate alla fabbrica nel 1483.

*Giubilazione. Pensione corrispondente alla metà del salario.*

Lunedì, 16 febbraio.

Ordinatum est quod propter infirmitatem et paupertatem Bertolini de Braschis inzegniarii lignariae fabricae, ei detur solum medium salarium, videlicet l. 5, s. 10 imp., incipiendo in kalendis januarii; et hoc secundum laudabiles mores fabricae.

*Precetto del vicario arcivescovile contro quelli, che occultano scritture di ragione della fabbrica.*

Addì 19 febbraio.

Johannes Baptista Ferrus, rector ecclesiae s. Siri de Soresina cremonensis diocesis, reverendissimi in Christo patris et domini dom. Guidantonii miseratione divina sanctae mediolanensis ecclesiae archiepiscopi vicarius generalis. Universis et singulis presbyteris civitatis et diocesis Mediolani, quibus praesentes nostrae fuerint litterae praesentatae, salutem in Domino. Ad instantiam venerabilium et spectabilium dominorum deputatorum fabricae ecclesiae mediolanensis, asserentes nonnullos parum Dey verentes juditium, quos ignorant, occupasse et uxurpasse et occupata et uxurpata detinuisse seu detinere instrumenta, scripturas et jura, testamenta, legata eisdem dominis deputatis legitime pertinentia et spectantia, non curantes de illis debitam restitutionem seu satisfactionem eisdem dominis deputatis impendere; vos et vestrum singulos primo, secundo, tertio et peremptorie praesentium tenore requirimus et monemus, dantes vobis et vestrum singulis nihilominus in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena districtius in mandatis, quatenus prima die dominica vel alias festiva proxime futura post harum praesentationem seu nothificationem vobis et vestrum singulis vere vel juris fictione fienda immediate sequenti, quem terminum pro primo,

quibus omnibus et singulis, salvis tamen semper certis incantibus et sive locationibus jam factis ut supra, expresse et ex certa scientia, motu proprio et de potestatis plenitudine etiam absolute praelibatus dominus dux expresse derogaverit et derogat et derogata esse intendit et jubet, jussit et mandat in hac parte dumtaxat. Quae omnia et singula fecit et facit praelibatus dominus dux, ita quod si pro praedictis vel aliquo praedictorum aliquo tempore agi contigerit, quod possit ad praedicta omnia et singula semper et omni tempore, ubique et sub quolibet iudice realiter et personaliter conveniri. Renuntiando, etc.

Et de praedictis praelibatus dominus dom. dux jussit per me notarium infrascriptum publicum confici debere instrumentum.

Actum Mediolani in camera residentiae praelibati illustrissimi domini dom. ducis, posita in ducali arce portae Jovis Mediolani, videlicet post salam Scarlionorum mediante anticamera, coram domino Lazaro de Maginis filio domini Nicolay, habitante in loco de Bellano ducatus Mediolani, et Baptista de Ghiringhelli filio domini Ambrosii portae vercellinae, parochiae s. Mariae Secretae Mediolani, ambobus civitatis Mediolani notariis et pronotariis. Interfuerunt ibi testes magnificus miles et jam notarius ducalis ac regius consiliarius dominus Galeaz Vicecomes, filius quondam magnifici domini Guidoni portae romanae, parochiae s. Galdini Mediolani; magnificus dominus Antonius de Landriano, ducalis thesaurarius et consiliarius, filius quondam magnifici domini Accursii portae cumanae, parochiae s. Cipriani; magnificus dominus Breguntius Bossus, filius quondam magnifici domini Johannis Francisci portae vercellinae, parochiae s. Johannis super murum Mediolani; spectabilis dominus Michael Tonsus, filius quondam domini Johannis portae novae, parochiae s. Protasii ad monacos Mediolani, et spectabilis dominus Gualterius de Basilicapetri, filius quondam domini Baptistae, habitans in arce portae Jovis Mediolani, omnes testes noti, ydonei, rogati et vocati.

Ego Fabricius de Sovico, filius quondam domini Johannis civitatis Mediolani, portae vercellinae, parochiae s. Mariae Secretae, notarius publicus rogatus tradidi et subscripsi.

secundo, tertio et peremptorio termino ac monitione canonica vobis et vestrum singulis serie praesentium assignamus, in ecclesiis vestris in missarum solemnibus, dum ibidem major aderit populi multitudo, moneatis in genere nostri parte, nullis tamen expressis nominibus, omnes et singulos Christifideles sexus utriusque, quos nos etiam tenore praesentium sic monemus, dantes ei et eorum singulis nihilominus in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena districtius in mandatis, quatenus infra sex dies monitionem vestram hujusmodi immediate sequentes, quem terminum pro primo, secundo, tertio et peremptorio termino ac monitione canonica eis et eorum singulis serie praesentium assignamus, omnes et singuli occulti detentores aliquorum immobilium bonorum, nec non jurium ac instrumentorum et legatorum prout supra, de illis debitam relaxationem aut restitutionem, satisfactionem eisdem dominis deputatis fecisse debeant cum effectu. Scientes vero aliquem vel aliquos culpabilem seu culpabiles de praemissis seu aliquo praemissorum, eorum nomina et cognomina nobis aut vobis aut dictis dominis deputatis, alias quam in foro poenitentiae, propalasse debeant cum effectu; propterea elapsis dictis sex diebus, prima die dominica vel alias festiva proxime futura in ecclesiis vestris in missarum solemnibus, campanis pulsatis, candelis accensis in terram projectis pariter et extinctis, omnes et singulos monitioni hujusmodi non parentes excommunicatos publice nuncietis; alioquin in vos et vestrum singulos inobedientes ex nunc prout ex tunc, antedicta canonica monitione praemissa, excommunicationis sententiam promulgamus in hiis scriptis. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus, et sigilli cancellariae curiae archiepiscopalis Mediolani impressione muniri. De quarum praesentatione harum latori dictae Curiae servitori vel aliis cum juramento dabimus plenam fidem.

Datum Mediolani die jovis, 19 mensis februarii 1495, indictione tertiadecima.

Franciscus Belabucha notarius subscripsit.

[1495]

*Gerolamo de' Lattuada e Andrea Amicone, scultori.*

Lunedì, 6 aprile.

Essendosi gli scultori Gerolamo de' Lattuada ed Andrea Amicone assentati per andare a lavorare a Vercelli, senza licenza nè dei deputati, nè degli ingegneri, ordinarono che d'ora innanzi non siano più ammessi al servizio della fabbrica.

*Podestà di Volpedo.*

Lunedì, 13 aprile.

A richiesta degli uomini di Volpedo, vi confermarono podestà per un altro anno Ambrogio Prina.

*Esecuzione personale per un debitore insolvente.*

Giovedì, 6 agosto.

Ordinarono mettersi in carcere Bartolomeo de' Menciozzi, qualora entro tre giorni non paghi il suo debito.

*Prezzo d'affitto di una casa da nobile.*

Martedì, 25 agosto.

Deliberarono affittarsi al conte Carlo Belgiojoso, per il prezzo annuo di ducati cento, la casa ereditata da Tomaso Grassi.

Addì 28 agosto.

Dominus Georginus Morexinus, qui remansit Papiae, quo iverat una cum nobilibus et egregiis militibus dominis Antonio de Vicecomitibus et Johanne de Pusterla, ac sapiente nostro domino Ambrosio Buzio legum doctore, pro ambaxatoribus ad magnificum dominum nostrum pro negotiis fabricae praedictae, causa sollicitandi diversas literas et negotia pro fabrica praedicta, l. 15, s. 1, d. 6.

*Prezzo d'affitto della conca di Viarena.*

Addì 3 dicembre.

Deliberarono affittarsi a Gian Giacomo da Besana la conca di porta Ticinese per il prezzo annuo di l. 2070.

1496.

*Vicario arcivescovile:* Gio. Battista Ferro.

*Vicario di provvisione:* Bernardino de' Monteluti d'Arezzo.

*Ordinari:* Carlo Baldo, Pietro de' Casoli, Gabriele della Croce, Cristoforo del Pozzo e Gio. Ambrogio Visconti.

*Avvocati:* Gian Giacomo Balsamo e Gregorio Panigarola.

*Dottori di collegio:* Gio. Maria Dugnano, Antonio Giudici e Alessandro Marliano.

*Dei XII di provvisione:* Carlo Barzia, Ambrogio Bossi, Gio. Antonio Cagio, Cristoforo Longone, Bartolomeo Pirovano, Luca Sansone, Alvisio Trinchero, Giacomo Vincemala e Pietro Visconti.

*Deputati delle porte:* orientale, Corradino Marliano e Ambrogio Pagnano; romana, Ambrogio de' Busti e Pietro Fedeli; ticinese, Gian Giacomo Barzia e Vercellino Visconti; vercellina, Agostino Meravigli e Giacomo Rejna; comasina, Giacomo Cusano e Battista Landriano; nuova, Francesco Capra e Gian Antonio Lattuada.

Addì 4 gennaio.

Ordinarono farsi tre chiavi per la conservazione del freno (vedi agli 8 gennaio 1495), l'una delle quali da custodirsi dall'arcivescovo, l'altra da Vercellino Visconti, la terza da Ingreto degli Osii.

*Piazza del Duomo.*

Ordinarono misurarsi con precisione la superficie della piazza, onde fare le regolari investiture a quelli che cercano affitto degli spazj di essa piazza.

*Il duca vuole che a predicatore quaresimale sia destinato un frate del monastero nuovo di s. Giovanni Battista, fuori di porta nuova di Milano, dell'osservanza carmelitana.*

Addì 26 gennaio.

Dux Mediolani, etc. Dilecti nostri. Per certitudine del buon frutto, che fece in la quadregesima passata, et che interdum in li presenti giorni ancora fa la religione observantiae carmelitanae, videlicet el monastero novo de sancto Zoanne Baptista extra portam novam de questa nostra inclita città, deputando al offitio

del predicatore in Domo, sive in la chiesa cathedrale, siamo in ferma opinione et desiderio, che ancora in la quadregesima de lo anno futuro sia in eadem ecclesia costituito el loco del predicare ad epi religiosi, li quali, como intendemo, hanno fermato deputarsi el venerabile fratre Petro Traversino de Mantua. Però ve confortamo, caricamo et requiremo, debiate ordinare che epso habia le consuete comoditate, et sia acceptato benignamente, che ad noy farete cosa gratissima, sicome habiamo ancora facto intendere al reverendissimo monsignor arcivescovo, qui nobis libenter assentitur.

Mediolani, die 26 januarii 1496.

Sign. Johannes Antiquarius.

*A tergo:* Venerabilibus et nobilibus nobis dilectis dominis deputatis super fabricam ecclesiae cathedralis Mediolani.

*Salario mensile ai fanciulli cantori.*

Giovedì, 4 febbraio.

Ordinarono assegnarsi a due fanciulli assunti a cantare nella qualità di soprani, il salario mensile di s. 20 per ciascuno.

Addi 19 febbraio.

Ordinarono ricevere a mutuo da Gian Pietro de' Porro l. 1020, s. 3, d. 2 per pagare gli scultori della fabbrica, la quale somma sarà poi restituita al tempo della prima indulgenza plenaria, che avrà luogo nella chiesa maggiore di Milano.

*Lodovico il Moro conferma la donazione del palazzo arcivescovile e delle stalle ducali alla Chiesa milanese.*

Addi 7 marzo.

Ludovicus Maria Sfortia Anglus dux Mediolani, etc., Papiæ Angleriaque comes, ac Genuæ et Cremonæ dominus. Confirmari petiit a nobis reverendus in Christo pater dominus Guidantonius Arcimboldus, mediolanensis archiepiscopus et consiliarius noster dilectissimus, donationis litteras sibi alias concessas sequentis sententiae:

« Johannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes dux Mediolani, etc., Papiæ Angleriaque comes, ac Genuæ et Cremonæ dominus. Videremur nobis ipsis principis parum considerati personam sustinere, nisi quemadmodum in ornanda urbe nostra Mediolani ingenti cura et studio usi sumus, ita etiam in ornandis Dei optimi maximi templis et ampliandis ministrorum aedibus non modo parem, sed longe etiam majorem in nobis ostenderemus. Nam quanto divina humanis praestantiora sunt, tanto etiam quisque majori studio in his conficiendis eniti debet. Itaque cum videamus has aedes, quas superioribus annis reverendo domino Guidantonio Arcimboldo, hujus memoriae archiepiscopo, idcirco usuraria habitatione concesseramus, quod in his quae mediolanensis ecclesiae sunt, minus quam deceret, splendide habitaret, dignitati tanti praesulis non respondere, quoniam et ad capiendam ministrorum multitudinem, qui agenda rei divinae gratia templo maximo quotidie inserviunt, minime capaces habentur, et senio quasi confectae multum de pristina dignitate amissae videntur; significaveritque reverendus ipse dominus archiepiscopus, si se illis aedibus donaverimus, illis disturbatis, non modo splendiores et magnificentiores et archiepiscopali dignitati respondentem, verum etiam ad

omnem ministrorum multitudinem recipiendum idoneas erecturum: operae praetium facturos nos arbitramur, si ei morem gesserimus, praesertim cum id non mediocri quoque ornamento urbi nostrae Mediolani futurum sit, in qua re conficienda cum opus sit; ut procuratorem nobis creemus, qui quoniam ipsi gravioribus negociis impediti interesse non possumus, id nomine nostro agat, per has litteras, accedente ad hoc etiam consensu et parabola illustrissimi domini Ludovici patris, locumtenentis, gubernatoris et capitanei nostri generalis, ex certa scientia ac motu proprio spectabilem equitem dominum Bartholomaeum Calchum secretarium nostrum primum constituimus, creamus, facimus et nominamus procuratorem et mandatarium nostrum specialiter et expresse, ad tradendum et donandum inter vivos dicto reverendo domino archiepiscopo, et per eum dictae ecclesiae mediolanensi, totum palatium seu domum, in qua impraesentia ipse dominus archiepiscopus habitat ab altero latere, et ab altero dominus capitaneus justitiae Mediolani, et in medio sunt stallae nostrae; cui toti aedificio seu palatio ab altero latere cohaeret area, quod viridarium dicitur mediolanense, a duabus via publica et ab alio latere curia nostra, quae dicitur curia Arengi Mediolani, et quicquid continetur intra dicta confinia cum omnibus iuribus, pertinentiis, ingressibus et regressibus, ad habendum, tenendum et possidendum, ut in ea aedificetur domus archiepiscopalis et canonica pro ordinariis, cum omnibus et singulis clausulis opportunis et necessariis et poni solitis in similibus contractibus donationum inter vivos, et ad omnia et singula, quae si praesentes essemus, quod attinet ad dictam donationem, facere possemus; et nos etiam per has nostras litteras praesentem donationem facimus, damus et mandamus dicto reverendo domino archiepiscopo et per eum dictae ecclesiae, supplentesque omnes et singulos defectus, si qui forsitan intervenerint aut intervenient, et quatenus expediat, insinuamus dictam donationem, quia nostrae solidae et firmae intentionis est, ut dicta donatio perpetuam roboris firmitatem habeat; promittentes per nos, haeredes et successores nostros omnia et singula, quae ipse dominus procurator egerit, rata, grata et firma perpetuis temporibus haberi et teneri. In quorum testimonium

[1496]

praesentes litteras fieri jussimus et registrari, nostrique sigilli impressione muniri.

Datum Papiæ, die 3 novembris 1493.

*Sign.* Johannes Galeaz Maria dux Mediolani subscripsit.

Ludovicus Maria subscripsit.

Philippus Comitum. »

Quare eisdem moti rationibus, quae in superscriptis litteris continentur, per has nostras ex certa scientia et de nostrae potestatis plenitudine non modo confirmamus donationem ipsam, ac omnia et singula in superscriptis litteris contenta, verum etiam de novo damus, concedimus et donamus inter vivos eidem reverendo domino archiepiscopo Mediolani, et per eum ecclesiae mediolanensi, domum suprascriptam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis sub dictisque confinibus, ut fiant per reverendum dominum archiepiscopum quae in litteris declarantur. Ceterum quatenus expediat, denuo facimus, constituimus et deputamus spectabilem equitem dominum Bartholomaeum Calchum, primum nostrum secretarium dilectissimum, ad hujusmodi donationem faciendam iisdem modis et formis, quibus in litteris superscriptis est expressum, quae possit et valeat, quantum ad praedicta, ea omnia et singula agere et facere, quae a nobismetipsis agi et fieri possent et valerent; supplentes ex certa scientia et de eadem nostrae potestatis plenitudine omnes et singulos defectus, si aliqui forte intervenerint aut intervenient. Volentes denique has nostrae confirmationis et novae donationis litteras perpetuam roboris firmitatem sortiri et tenere; mandamusque propterea quibuscumque ad quos spectet, quod eas inconcussas observent, faciantque ab omnibus inviolabiliter observari. In quorum fidem praesentes fieri et registrari jussimus, nostrique sigilli impressione muniri.

Mediolani, die VII martii 1496.

*Sign.* Ludovicus Maria subscripsit.

Philippus Comitum.

*Bartolomeo da Brescia fabbricatore di organi.  
Salario annuo per l'accordatura.*

Giovedì, 14 aprile.

Ordinaverunt quod fiat liberatio magistro Bartholomaeo de Brixia, magistro organorum,

qui alias fecit organum minorem in ecclesia, attenta conlaudatione magistri Georgii teuthonici, et Benedicti de Borsano sonatoris praefatae fabricae, et presbyteri Bernardini de Premenugo sonatoris organorum, qui retulerunt praefatum magistrum Bartholomaeum adimplevisse omnia pacta ad quae tenebatur, et quod in futurum dictus magister Bartholomaeus teneat aptatum dictum organum, et incordatum circa exercitium suum, sibi dando pro mercede omni anno l. 6 imp., et victum panis et vini pro tempore quo aptavit dictum organum tantum.

Addi 19 maggio.

Ordinarono non doversi d'ora innanzi dare in affitto beni della fabbrica a persone, che abbiano proprietà confinanti coi beni da affittare.

*Salario di un chierico.*

Giovedì, 21 luglio.

Constituerunt Bernardinum de Braschis clericum ad serviendum quotidie sacerdotibus celebrantibus missas ad altare dominae s. Mariae in medio ecclesiae, et ad ordinandum et custodiendum dictum altare, cum salario s. 40 quolibet mense.

*Indulgenza concessa da papa Alessandro VI a chi visiterà la Metropolitana ne' giorni designati.*

Addi 22 luglio.

Alexander papa VI. Universis et singulis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Placuit Altissimo et misericordissimo Deo, cujus vicem licet immeriti gerimus in terris, quod Spiritus Sancti gratia sanctissima liga inter nos et charissimos in Christo filios nostros Maximilianum Romanorum, Ferdinandum et Helisabet Hispaniarum, Henricum Angliae reges et reginam, illustres ac dilectos filios nobiles viros Augustinum Barbado Venetiarum et Ludovicum Mariam Sfortiam Anglum Mediolani duces nuper inita et conclusa sit, sperantes in eodem Domino istam confoederationem, unionem et ligam paci, quieti et tranquillitati



Italiae ac totius reipublicae christianae salutis profuturam. Agenda igitur sunt gratiae clementissimo ipsi Deo, qui nos et omnes praedictos potentatus ad illud faciendum inspiravit, et supplicandum ut animos omnium illuminet, et hujusmodi saluberrimam ligam perpetuam faciat. Cupientes igitur ut Christifideles publicationi dictae ligae in ecclesia cathedrali mediolanensi ultima die dominica praesentis mensis julii solemniter faciendae eo libentius interesset, et ecclesiam ipsam ea die honorare frequenter studeant, quo exinde dono coelestis gratiae conspexerint se refectos, universis et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui missae et publicationi hujusmodi sanctissimae ligae interfuerint, vel alias ecclesiam praedictam eadem die, qua ipsa liga publicabitur, a solis ortu usque ad occasum visitaverint, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum apostolorum ejus Petri et Pauli auctoritate confisi, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem et indulgentiam in forma Ecclesiae consueta pro hac vice tantum concedimus pariter et elargimur; constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris, die 22 julii 1496, pontificatus nostri anno quarto.

Sign. B. Floridus.

*Messa pontificale per festeggiare la nuova alleanza conclusa fra il duca di Milano ed il re d'Inghilterra.*

Giovedì, 28 luglio.

Ordinatum est mandato illustrissimi marchionis Hermes Sfortiae gubernatoris Mediolani, quod fabricetur tribunal ad altare majus ecclesiae majoris, et hoc pro celebrando pontificali missa ad honorem omnipotentis Dei, et gloriosae virginis matris ejus Mariae, pro nova confederatione serenissimae majestatis regis Angliae cum illustrissimo duce nostro Mediolani.

[1496]

*Aloisio da Lomazzo, Stefano, Battista e Paolo da Sesto, Biagio Vajrone, Cristoforo da Briosco, scultori.*

Lunedì, 22 agosto.

Essendo che non pochi dei maestri lavoratori e scultori della fabbrica si assentano in tempo d'estate per andare a lavorare altrove, perchè guadagnano qualche cosa di più, e poi ritornano in inverno quando non trovano altro lavoro, ciò che riesce di grave pregiudizio alla fabbrica; deliberarono che in futuro non debbano più mai accettarsi al servizio li seguenti: Aloisio de Lomazzo, Stefano, Battista e Paolo da Sesto, Biagio Vajrone, Cristoforo da Briosco, tutti scultori ora assenti.

*Aumento di salario agli operai, che lavorano nella costruzione del tiburio.*

Giovedì, 22 settembre.

Deliberarono aumentare il salario a quegli operai, che lavorano nella costruzione del tiburio, per compensarli della loro sollecitudine e diligenza, e quindi d'ora innanzi si daranno: A Pietro da Garbagnate s. 7 al giorno, in luogo di s. 6, d. 9 che ebbe fin qui.

A Gio. Antonio da Melegnano s. 5 al giorno, in luogo di s. 4, d. 6.

A Gio. Battista da Riva s. 3, d. 6 al giorno, in luogo di s. 2.

A Battista da Longone s. 7, d. 3 al giorno, in luogo di s. 6, d. 9.

A Gian Giacomo da Riva s. 3 al giorno, in luogo di s. 2, d. 6.

A Giacomo da Sangallo s. 1, d. 3 al giorno, in luogo di d. 9.

Ad Ambrogio d'Arluno s. 3 al giorno, in luogo di s. 2, d. 3.

A Pietro da Maderno s. 7, d. 9 al giorno, in luogo di s. 7, d. 6.

*Il cardinal legato Bernardino Caravajal commette a due prevosti degli Umiliati di autorizzare la vendita d'una casa della mensa arcivescovile.*

Addì 9 ottobre.

Bernardinus miseratione divina sacrosanctae romanae ecclesiae tituli s. Crucis in Hierusa-

[1496]

lem presbyter cardinalis episcopus Saguntinus (1), per Italiam et Germaniam ac quaecumque alia loca, ad quae nos declinare contigerit, sanctissimi domini nostri Alexandri papae VI et apostolicae sedis legatus de latere, dilectis nobis in Christo Sancti Spiritus extra muros mediolanenses et Mediolani comoranti, s. Pantaleonis de Bregnano cumanae diocesis praepositis, salutem in Domino sempiternam. Admonet nos commissum nobis apostolicae sedis legationis officium, ut votis illis, per quae ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum quarumlibet utilitatibus valeat salubriter (sic), libenter annuamus, ac ea favoribus prosequamur opportunis. Dudum siquidem a felicis recordationis Paulo papa II emanarunt litterae tenoris subsequentis:

« Paulus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum in omnibus judiciis sit rectitudo justitiae et conscientiae puritas observanda, id multo magis in commissionibus alienationum rerum ecclesiasticarum convenit observari, in quibus de Christi patrimonio et dispensatione pauperum, non de proprio cujusquam peculio, agitur aut tractatur. Quapropter oportet, ut examinandis hujusmodi alienationum causis, quae a sede apostolica in forma, si in evidentem utilitatem cedant, oneratis ecclesiasticorum judicum conscientis, delegantur, nihil timor extorqueat, nulla expectatio praemii judicium conscientiamque subvertat. Monemus igitur et sub interminatione divini iudicii omnibus commissariis et delegatis hujusmodi districte praecipimus, ut caute et diligenter attendant causas in litteris apostolicis per supplicantes expressas, illasque sollicitè examinent atque discuciant, testes et probationes super narratarum veritate recipiant, et solum Deum pro oculis habentes, omni timore aut favore deposito, ecclesiarum indempnitatibus consulant, nec in laesionem aut detrimentum earum decretum quomodo-

(1) Bernardino Caravajal spagnuolo, nato a Piacenza, ebbe la porpora da Alessandro VI nel settembre 1492. Fu dapprima vescovo di Cartagine, poi di Sagunto, Foligno, Albano, Toscolano, Preneste, Ostia, infine patriarca di Gerusalemme. Ebbe più legazioni; coi cardinali Sanseverino, Borgia, Brizoneta e altri radunò a Pisa un concilio contro Giulio II, che lo privò con quelli del cardinalato, restituìtogli poi da Leone X. Morì nel gennaio 1522.

libet interponant. Si quis autem commissarius aut delegatus conscientiae suae prodigus, in gravamen aut detrimentum ecclesiae per gratiam, timorem vel sordes alienationi consenserit, aut decretum vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem episcopo sententiam excommunicationis incurrat, episcopus vero aut superior ab executione officii per annum noverit se suspensum, ad excommunicationem detrimentum ecclesiae illati (sic) nichilominus condemnandus, sciturus quod si suspensione durante, damnabiliter ingesserit se divinis, irregularitatis laqueo se involvet, a quo non nisi per summum pontificem poterit liberari. Is vero, qui dolo vel fraude aut scienter in detrimentum ecclesiarum alienationem fieri procuraverit, aut per sordes vel in pressione alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurrat, a qua non nisi per romanum pontificem possit absolvi, ad restitutionem nichilominus rerum alienatarum cum fructibus, quandocumque de praemissis constituerit, condemnandus. Volumus autem quod delegati et commissarii praedicti de poenis constitutionis nostrae specificè moneantur, et in quibuscumque litteris commissionum hujusmodi hoc statutum nostrum inseratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae monitionis, praecepti et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud s. Petrum anno incarnationis dominicae 1465, quinto idus maji, pontificatus nostri anno primo. »

Et deinde sicut exhibita nobis nuper pro parte reverendi in Christo patris Guidonis Antonii archiepiscopi mediolanensis et dilectorum nobis in Christo deputatorum fabricae ecclesiae mediolanensis peticio continebat, cum alias deputati praedicti quamdam domum ad mensam archiepiscopalem mediolanensem pertinentem, et in qua archiepiscopus mediolanensis pro tempore existens habitare consueverat, pro fabrica dictae ecclesiae demoliri fecissent, obligarunt se ad dandum eidem archiepiscopo aliam domum pro ejusdem archiepiscopi habitatione, aut persolvendum sibi annis singulis quadraginta florenos auri, quos etiam aliquando persolverunt;

et postmodum quamdam aliam domum ab ecclesia mediolanensi aliquantalum distantem, pro dicta domo demolita praefato archiepiscopo pro ejus habitatione assignarunt. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, illustrissimus dominus Ludovicus dux Mediolani, intuitu dicti Guidonis Antonii archiepiscopi, quoddam palatium satis magnum et prope dictam ecclesiam consistens dictae mensae archiepiscopali perpetuo donaverit atque concesserit, illudque magna reparatione et novis aedificiis indigeat, et si domus praedicta assignata pro alia domo demolita, ut praefertur, venderetur, et pretium inde proveniens pro reparatione et novis aedificiis dicti palatii, quod aptum et idoneum ac etiam decens et commodum pro habitatione dicti archiepiscopi existit, converteretur, et deputati praefati a praestatione alterius domus dicto archiepiscopo facienda liberarentur, profecto hoc in evidentem utilitatem mensae archiepiscopalis et fabricae praedictarum procederet. Quare pro parte Guidonis Antonii archiepiscopi et deputatorum praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictis deputatis praefatae fabricae praefatam, domum loco alterius demolitae assignatam, vendendi, et pretium inde proveniens in reparationem et nova aedificia dicti palatii convertendi, ita ut postmodum dicti deputati praefatae fabricae nunc et pro tempore existentes ab obligatione dandi et assignandi aliquam aliam domum, aut solvendi dictos quadraginta florenos praefato archiepiscopo nunc et pro tempore esistenti liberi existant, licenciam et facultatem concedere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ad infrascripta a sede apostolica per illius litteras sufficienti facultate muniti, de praemissis certam noticiam non habentes, ipsosque Guidonem Antonium archiepiscopum et deputatos et eorum quemlibet a quibuscumque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, ac domus et palatii praedictorum veriores situs et confines praesentibus pro expressis haberi nolentes,

[1496]

hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrae per praesentes mandamus, quatenus vocatis dilectis nobis in Christo capitulo dictae ecclesiae, et aliis qui de jure fuerint evocandi, ac servata forma praeinsertarum litterarum, dictisque domo et palacio prius coram vobis specificatis, conjunctim procedentes de praemissis omnibus et singulis nobis expositis auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, nos diligenter informetis; et si per informationem hujusmodi ita esse, ac venditionem praedictam, si fiat, in evidentem utilitatem mensae archiepiscopalis et fabricae praedictarum cedere repereritis, dictis deputatis dictae fabricae praefatam domum, loco alterius domus praedictae demolitae assignatam, vendendi, et pretium inde proveniens in reparationem et nova aedificia dicti palatii, et non in aliquam aliam causam convertendi, ita ut postmodum nunc et pro tempore existentes dictae fabricae deputati ab hujusmodi obligatione dandi aliam domum, aut solvendi dictos quadraginta florenos annis singulis, ut praefertur, liberi existant, licenciam auctoritate apostolica praedicta concedere et elargiri curetis. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictae ecclesiae juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod pretium praedictum in reparationem palatii hujusmodi, et non in aliam causam omnino convertatur, alioquin praesentes litterae nullius sint firmitatis. In quorum fidem et testimonium praesentes nostras litteras fieri, nostrique magni soliti sigilli jussimus et fecimus appensione muniri.

Datum Januae anno incarnationis dominicae 1496, septimo idus octobris, pontificatus praefati domini nostri papae anno quinto.

*Sign.* D. Serrano.

F. de Parma.

G. de Agreda.

T. Camica.

*Pretore di Volpedo.*

Addi 1 dicembre.

Ellesero a pretore (prima chiamato podestà) delle terre di Volpedo, per l'anno futuro, il

Addi 21 dicembre.

Nominarono gli ufficiali per l'anno venturo:  
 Alla cancelleria, Dionigi Aelio.  
 Al magistrato, Antonio Glassiate.  
 Alla tesoreria, Gio. Antonio Capra.  
 Alle munizioni, Gian Pietro Molteno.  
 All'esattoria, Giorgio Soroldone.  
 Alla cascina, Eustorgio Seregno.  
 Alle spalle della chiesa, Alvisio Missaglia.  
 Alle liste, Stefano da Vermezzo (1).

(1) Del 1496, 12 febbraio, l'Archivio di Stato possiede originale in pergamena il testamento del maestro Gio. Ferrario, con cui alla venerabile fabrica e all'ospedale lascia due legati da l. 4 per celebrargli messe.

[1496]

nobile Gian Agostino de' Bertorio, stante la sua perizia nelle leggi, come quegli che per lunga sequela d'anni sudò nei ginnasj.

Addi 15 dicembre.

Per ricompensare i molti meriti, che ha verso la fabbrica il notaro della Curia arcivescovile Francesco Bellabuca, gli concessero in affitto uno spazio di terra, dove egli costrusse un casotto di posteria, appoggiato alla porta del camposanto della fabbrica, rimpetto quella del capitano di giustizia di Milano.

*Vicario arcivescovile:* Gio. Battista Ferro; addì 17 dicembre Gabriele Della Croce vicario in sede vacante (1).

*Vicario di provvisione:* Bernardo de' Monteluti d'Arezzo.

*Ordinarij:* Carlo de' Baldo e Gio. Ambrogio Visconti.

*Avvocati:* Gian Giacomo Balsamo e Gregorio Panigarola.

*Dottori di collegio:* Gian Antonio Martignone e Scaramuzza Trivulzio.

*Dei XII di provvisione:* Ludovico Cajmo, Marco Castiglione, Ambrogio Longone, Pietro Plato, Alberto Sansone, Erasmo Serazzone e Pietro Zopello.

*Deputati delle porte:* orientale, Lucio Cotta e Ambrogio Pagnano; romana, Ambrogio de' Busti e Gian Pietro de' Savoja; ticinese, Gian Giacomo Barzi e Francesco Pietrasanta cavaliere aurato; vercellina, Leonello Meravigli e Giacomo Regna; comasina, Giacomo Cusano e Cristoforo Malombra; nuova, Francesco Capra e Gian Giacomo Crivelli.

*Amministrazione della giustizia penale.*

Lunedì, 16 gennaio.

Cum nihil magis studeant domini praefecti, quam ut summa totius fabricae juxta consuetudinem majorum nutrirum cum pace, ac alma concordia transeat, ut ne quid mali ac tumultus in ea sit, cumque evenerit quod quidam Stephanus de Birinzago lapidatarum unus Antonium de Pallantia fabricae lignarium fabrum duobus vulneribus, non sine mortis discrimine, affecerit, cumque hoc in maximum de-

(1) Per la morte dell'arcivescovo Guido Antonio Arcimboldi, al quale succedette, secondo il Sassi e il Galecini, Ottaviano Arcimboldi, ma per pochissimi giorni; secondo l'Ughelli, Ippolito I d'Este. È però da osservarsi che il monumento esistente in Duomo, la cui iscrizione riportieremo sotto l'anno 1555, non ricorda che i tre arcivescovi Giovanni, Guido Antonio e Giovanni Angelo. Tra le sue disposizioni testamentarie, fatte quest'anno, evvene una che riguarda un altare più volte menzionato in questi *Annali*: « Ordinavi et ordino, scrive egli, quod infrascripti filii et haeredes mei infra annum unum proxime futurum post meum decessum instituant et deputent duos capellanos ad capellam seu altare B. Mariae de Coazono in ecclesia majori Mediolani; quibus capellanis lego et volo dari per ipsos infrascriptos filios et haeredes meos libras centum imp. in anno usque in perpetuum pro singulo eorum, » coll'onere della messa quotidiana ad esso altare, dell'intervento ai divini officj cogli Ordinarij, e d'un anniversario a suffragio dell'anima sua.

decus et turpissimam perpetuamque labem deputatorum factum fuisse censeretur, si tantum scelus inultum pateretur, nequaquam tam dirum facinus absque punitione ac poena pertransire arbitantes, harum sententia ordinaverunt, quod dictus Stephanus in praesentiarum a laboreris hujus admirandae fabricae ejiciatur, depelletur et cassetur, ita quod numquam in posterum admittatur accepteturque sub poena ducatorum decem auri, per eum aut per eos solvendorum, qui pro eo admittendo patrocina-buntur, et fabricae applicandorum. Insuper super hoc etiam conclusum fuit, quod medicanti dictum Antonium satisfiat de credito dicti Stephani, si modo fabricae creditor extiterit, et reliquum, si supererit, in ipsa fabrica remaneat, et sit ipsius fabricae in exemplum ceterorum.

Addì 9 febbraio.

Magister Beltramus de Conigo, olim inzignarius fabricae praedictae, pro ejus solutione sui salarii dierum primorum 17 januarii proxime praeteriti per eum praestitorum, a quo die in antea cassatus est ab ejus officio, l. 6, s. 7.

Giovedì, 16 febbraio.

Ob multas variasque in senatu fabricae de Gregorio Serono, alias officiali fabricae, ab diversis

hominibus factas querellas, qui, ut latum est, vinum, ligna, blada pecuniasque multas in diversis partibus, nomine fabricae, sine ejus mandato, collegit exegitque; ut huic rei finis ali-quando inferatur, utque de hoc tandem veritas elucescat, eum domini praefecti egregiis dominis deputatis Jacobo Regnae et Lucio Cottae sagacissimis callidissimisque viris ac fabricae deditissimis syndicandum assignarunt, eisdem comittentes, si modo eum hujusmodi fraudes comisisset per eos compertum fuerit, quatenus eundem statim ad integram satisfactionem compellant, aut in carceres detineri faciant, donec fabricae satisfecerit, in futurum exemplum.

*Piazze della chiesa maggiore, dell'Arengo e di s. Tecla.*

Lunedì, 27 febbraio.

Delegarono a due deputati l'incarico di regolare la piazza della chiesa maggiore di Milano, dell'Arengo e di s. Tecla, e di fare temporarie investiture degli spazii delle medesime ai venditori che li vogliono.

Deliberarono perdonare a Stefano da Birinzago, e riammetterlo al servizio della fabbrica incominciando dalle calende di marzo.

Uncardus de Alamania, pro ejus solutione cassarum 10 vitri diversorum colorum per eum dati et consignati super fabrica praedicta, causa ipsum vitrum ponendi in fenestris sagrastiarum praedictae ecclesiae, quod vitrum repositum est in quadam camera sita in campanile dictae ecclesiae, l. 124, s. 16. — Pesava cent. 16,64.

*Giacomo Cavenago scultore.*

Giovedì 9 marzo.

Ordinarono doversi dare la sua paga allo scultore Giacomo Cavenago, non imperito, che ora trovava gravemente infermo ed in miseria.

*Valore del vino alla brenta.*

Ordinarono riceversi in pagamento di un debito di l. 125 tanto vino, da non valutarsi che al prezzo di s. 45 alla brenta.

*Casa d'abitazione dell'arcivescovo.*

Lunedì, 17 aprile.

Insisteva l'arcivescovo a che si vendesse la casa di sua abitazione per convertirne il prezzo, giusta quanto era stato convenuto, nella costruzione di una nuova. I deputati volevano essere in questo caso liberati eziandio dall'obbligo di pagamento della pigione agli ordinarij, ma questi vi si rifiutavano, promettendo lo farebbero quando le nuove case fossero edificate. Dopo molte discussioni si conchiuse di vendere del tutto la casa dell'arcivescovo e passargliene l'intero prezzo, con che però la fabbrica sia liberata dell'obbligo suo, tanto per l'arcivescovo attuale che per i suoi successori; ed in quanto agli ordinarij dover continuare la fabbrica nelle sue prestazioni, che però cesseranno tostochè siano costrutte le nuove case per gli stessi ordinarij.

*Salario d'un cantore.*

Lunedì, 22 maggio.

Fissarono il salario del biscantore Ambrogio Dugnano in mensili soldi 20 imp.

Addì 29 maggio.

Deliberarono doversi ricoprire i tetti della casa della possessione di Marcugnago, specialmente perchè ora vi è chi si offre di ricoprirli colla spesa di d. 11½ al quadretto.

*Galeazzo degli Osio, Ambrogio de' Ghisolfi e Paolo de' Borri, scalpellini.*

Giovedì, 1 giugno.

Deliberarono, giusta anche il desiderio espresso dal duca, di veder presto compita l'opera del tiburio, di cassare dal servizio della fabbrica e non più riammetterli, perchè si assentarono senza permesso, gli scalpellini Galeazzo da Osio, Ambrogio de' Ghisolfi e Paolo de' Borri.

Addì 9 giugno.

Bertolinus de Puteobonello, expeditor fabricae, pro restitutione totidem denariorum per eum expeditorum die 25 martii proxime prae-

teriti, datorum 4 trombetis et 4 piferis, qui ipsa die sonaverunt in honorem fabricae praedictae et nobilium portae orientalis Mediolani, et aliorum qui fuerunt ipsa die ad sotiandum organa magna nuper constructa a domo fratrum s. Calomoli ad fabricam praedictam, l. 2, s. 13, d. 6.

*Andrea da Fusina, scultore. Sua statua di Giuda Maccabeo.*

Giovedì, 22 giugno.

Lo scalpellino Andrea da Fusina, il quale sta lavorando alla statua di Giuda Maccabeo, insiste per essere soddisfatto. Il Consiglio delibera compiacerlo, semprechè però presti cauzione di non abbandonare i lavori fino a tanto che detta statua non sia ultimata.

*Valutazione di detta statua.*

Addì 20 luglio.

Avendo gli ingegneri della fabbrica Gio. Antonio Omodeo e Gio. Giacomo Dolcebono dichiarato di stimare il valore della statua fatta dal Fusina in ducati 32 da l. 4 ciascuno, ordinarono doverglisi pagare detta somma.

*Prezzo d'affitto di botteghe sulla piazza del Duomo.*

Giovedì, 27 luglio.

Deliberarono all'incanto l'affitto di due botteghe poste sulla piazza della chiesa maggiore, l'una co' suoi edificj a Paganino Geranzano per il prezzo annuo di l. 84, s. 10; l'altra pure co' suoi edificj a Stefano Figino per l'annuo prezzo di l. 144, s. 10.

*Donazione della conca di Viarenna alla fabbrica, fatta da Lodovico il Moro.*

Addì 31 agosto.

Ludovicus Maria Sfortia Anglus dux Mediolani, etc., Papias Angleriaequae comes, ac Genuae et Cremonae dominus. Superioribus diebus ab magistris intratarum nostrarum accepta et apprehensa fuit jussu nostro possessio cataractae sive conchae Viarennae, quae in navigio nostro inter vercellinam et ticinensem portam sita est, ad fiscum nostrum spectantis, quoniam fa-

bricae templi maximi virginis Mariae hujus inclytae urbis nostrae Mediolani, quae ipsam possidebat, ab hiis tradita et donata fuerat usque ad eorum beneplacitum, qui nullum jus et arbitrium id agendi legitime habebant. Nos autem cum propter singularem affectum et venerationem, qua beatissimam virginem Mariam colimus, et quia hujus templi admirabilem structuram non solum ad laudem et gloriam altissimi Dei, sed magno ornamento urbi esse scimus, tum ut hac quoque re partim satisfaciamus obligationi, quam habemus ad immortalem Deum, et pro animae nostrae salute et redemptione, praedictam Viarennae concham ac ejus redditum et proventum fabricae praedictae ecclesiae majoris diuae Mariae ex certa scientia et de nostrae potestatis plenitudine, et aliis omnibus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius, validius et efficacius possumus, titulo purae et irrevocabilis donationis inter vivos atque in perpetuum, intuitu pietatis, damus, concedimus et elargimur, volentes ut ea frui et gaudere et pro arbitrio suo tamquam de re propria, et aequae ut nos ac camera nostra ante praedictam donationem potuissemus, disponere valeat sine aliqua contradictione et impedimento; ponentes ipsam fabricam in eo statu et gradu, quantum ad praedictam concham pertinet, in quo nos et camera nostra ante praedictam donationem eramus. Supplentes ex certa scientia et de potestatis nostrae plenitudine omni defectui solemnitatis, quae in praemissis necessaria et servari debuisse dici posset, quae omnia hic pro expressis haberi volumus et declaramus; et praedicta omnia et singula volumus, decernimus et mandamus valere et tenere et perpetuis temporibus observari, non obstantibus aliquibus legibus, statutis et decretis, aut aliis in contrarium facientibus, vel aliam formam dantibus, quibus omnibus et singulis, in quantum praedictis obviarent vel aliam formam requirerent, ex certa scientia et de nostrae potestatis plenitudine derogamus, derogatumque perpetuis temporibus esse volumus et jubemus, etiam si de eis vel aliquo eorum fienda esset mentio specialis. Mandantes magistris intratarum nostrarum ac quibuscumque officialibus et subditis nostris, ad quos spectat et spectabit in futurum, ut ipsam fabricam seu agentes pro illa ad praedictae

conchae possessionem ponant et inducant, et positam manuteneant et perpetuo conservent, et has nostras concessionis et voluntatis litteras observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrari, nostraque sigilli (1) munimine roborari.

Datum Mediolani, die ultimo augusti 1497.

Sign. Ludovicus Maria subscripsit.  
B. Calchus.

*Iscrizione alla conca di Viarenna.*

Auctore magnifico viro juris utriusque interprete elegantissimo domino Bernardino Mon-

(1) La pergamena originale reca l'iniziale L miniata su fondo d'oro, con una medaglietta nel mezzo a colori, rappresentante la Vergine col bambino; a destra e inferiormente corone, festoni di fiori e ornati. È sormontata dallo stemma ducale, posto frammezzo alle lettere LV-MA. BE-EST. SF-AN. DV-MLI. IVGA-LES, fiancheggiato dai consueti tizzoni ardenti colle secchie. Del sigillo non rimane che un cordoncino di seta bianco-rosso.

A ricordare questa donazione fu eretto, rimpetto quella conca, un monumento, abbastanza grandioso, che ancora conservasi addossato ad una casa; sotto allo stemma eguale a quello dipinto sul presente diploma, fra le iniziali

LV . MA  
BE . EST  
SF .  
MEDIOLANI  
DUCE

evvi l'iscrizione, testè riportata. Il monumento è sormontato dal noto stemma della fabbrica, nel quale ravvisasi un vecchio progetto di facciata del duomo, non poco somigliante a quella della cattedrale comense.

A proposito di questa conca, giova ricordare che un laghetto formato dalle acque del naviglio grande, detto di Gazzano, esisteva anticamente presso la chiesa di sant'Eustorgio, e al tempo dell'abate Fumagalli eravene ancora qualche traccia, additatagli dal padre Allegranza. Ma Gian Galeazzo Visconti, prolungando il naviglio grande del Ticino, e facendone un bacino, per agevolare il trasporto in città dei marmi della Gandolia pel Duomo, ne ideò un altro nel luogo detto di Viarenna, più vicino alla città, e su di esso la fabbrica ebbe, come s'è visto, diritti di dazio e di pesca. Una carta chiaravallese del 27 aprile 1439 ci fornisce questa notizia, e menziona il « navigium novum jamdiu factum pro servitiis venerabilis fabricae majoris ecclesiae Mediolani, » e dice che allora « sublatus est et cessat lapsus seu decursus aquae navigii praedicti a loco pontis levatoris nuncupati de Turno versus et per subtus pontem levatorium nuncupatum de la Clusa, et

telutio aretino, vicario provisionum Mediolani, concha sive cataracta fabricae ecclesiae divae Virginis Mediolani infrascriptis litteris immortalitati comittitur, anno a salutaris Virginis partu 1497:

CATARACTAM SVB SALVTIFERAE VIRGINIS  
TITVLO IN CLIVO EXTRVCTAM VT PER  
INAEQVALE SOLVM AD VRBIS COMMODITATEM  
VLTRO CITROQVE NAVES COMMEARENT  
FISCO OBNOXIAM ET VECTIGALEM  
LVDOVICVS MEDIOLANENSIS DVX  
FABRICAE MEDIOLANENSIS ECCLESIAE  
DONO DEDIT ANNO QVO BEATRIX  
ESTENSIS EJVS CONJVNX DECESSIT 1497.

deinde in et per dictam foveam civitatis ad locum nuncupatum *lagetum* intra dictam civitatem pro navibus praesertim perinde conducendis pro lapidibus et aliis conducendis ad servitia venerabilis fabricae majoris ecclesiae mediolanensis, juxta dispositionem destinatarum tunc litterarum nunquam delendae memoriae illustrissimi domini dom. olim genitoris illustrissimi domini dom. nunc ducis nostri Mediolani, etc., datarum Mediolani die 4 septembris 1388, quo tempore fuit inchoatum illud mirabile opus praefatae fabricae. Nell'istesso anno 1439 il duca Filippo Maria fece disfare quel tratto di naviglio dal primo laghetto esterno, chiamato poi *vecchio*, al nuovo dentro della città, ordinato dal duca Gian Galeazzo suo padre fino dal 1388, per condurre le pietre destinate alla fabbrica del Duomo, dalla cava del Lago Maggiore sin quasi a' piedi della fabbrica stessa. Ci dice inoltre la stessa pergamena, che Filippo Maria vi fece, in luogo della prima, aprire un'altra comunicazione per il sito detto di *Viarenna*, estendendo la navigazione a tutta la fossa, ond'era circondata la città, mediante le conche, l'invenzione delle quali si dovrebbe attribuire a Filippo degli Organi da Modena e a Fioravante da Bologna, ambedue ingegneri ducali « specialiter deputati circa modum adhibendum, ut fovea civitatis Mediolani navigabilis reddatur, » come dice la carta stessa. Come mai senza quella conca potevano, per lo spazio di 51 anni, le barche cariche passare dal laghetto vecchio al nuovo, non ostante la differenza di quasi cinque braccia di livello dall'uno all'altro? La carta medesima con un'altra del 1400 di quell'istesso monastero ci suggerisce tal mezzo. Allorchè avevano a passare queste barche dal vecchio al nuovo laghetto, passaggio limitato dalle ore 22 alle 24, non solo si doveano otturare tutte le bocche d'irrigazione del naviglio, ma trattener eziandio con una chiusa le acque di esso al di sotto del laghetto vecchio. Con questo forzato innalzamento delle acque del naviglio venendo a scemarsi in gran parte il declivio dell'acqua nel canale di comunicazione tra i due laghetti, tirar si potevano le barche, sebbene stentatamente, al loro destino presso la fabbrica del Duomo. Coll'occasione medesima

*Obbligo alla fabbrica di spurgare il naviglio dal ponte di Viarenna fino al ponte della sostra inferiore.*

Addi 8 settembre.

Vertente differentia inter venerabilem fabricam ecclesiae majoris Mediolani parte una, et sosteriam pontis Viarennae parte altera, de spaciari faciendo navigium a ponte Viarennae usque ad pontem sostae inferioris, domini magistri ducalis camerae extraordinariae, auditis dictis partibus, ordinaverunt et ordinant quod

vi entravano altre barche di carico, fuori della quale, per lo sconcerto che recava tale operazione, erano vietato il passaggio.

In un volume antico della fabbrica, che nota per estratto o per *extenso* gli istromenti dal 1489 al 1527, trovasi memoria che nel 1388, forse il 4 settembre « fu supplicato per il vicario et XII de la provisione e per quili erano deputati a la fabbrica dela giesia mazore de Milano al duca Giovan Galeaz li concedesse in dono per fare il lageto tuto il terreno fino a le mure de s. Stephano et tutu la strata fino al mercato del brolio de s. Stefano et la casa de Policroto, et hedificata sopra le rippe del laghetto che aspectano ala fabbrica, con questo che l'acqua del fosso se mandasse fina al castello; et cossi fu concesso, come appare per littere ducale. » Ma queste lettere sembrano ora smarrite. Così agli 8 di ottobre di quell'anno « fu supplicato al prefato duca per li soprascripti deputati volesse liberamente donare tute le aque, che pervenevano in el fosso, a la fabbrica, et il prefato duca volesse bene intendere se l'acqua del fosso podesse servire al castello o non, et liberamente il prefato duca concesse, o servire o non, che liberamente fusse de la prefata fabbrica. » Anche questo documento più non esiste. È assai probabile che a far quel laghetto si sia subito posto mano, e che nel 1389 servisse già allo scopo prefisso.

Sembra che faccia parte del decreto ducale 4 settembre 1388, più volte menzionato in questa nota, il seguente frammento: « Nos dominus Mediolani, etc., Comes Virtutum, imperialis vicarius generalis. Pro parte locum tenentis vicarii et XII provixionum comunis Mediolani recepimus supplicationem tenoris hujusmodi: Illustrissime princeps ac magnifice et excelse domine dom. Cum omni reverentia celsitudini vestrae notificamus, quod cum avisamento inzignerorum et magistri Flori de Brixia disposuimus, dum de vestri beneplacito procedat, facere fieri quod aqua navigii Mediolani, quae discuit ad portam ticinensem hujus vestrae civitatis Mediolani, per modum in cedulla praesentibus introcluxa descriptum, intret fossam civitatis praedictae, per quod naves quae conducunt lapides tam cetos quam vivos, quos conduci necesse est, et calzinam atque lignamina necessaria pro laudabili et devota fabrica cathedralis ecclesiae gloriosae Dey genitricis Mariae praedictae civitatis vestrae Mediolani conducunt prope ipsam fabricam usque prope ecclesiam s. Stephani in brolio, quod quidem patet habere . . . . et factibile

[1497]

praefata venerabilis fabrica, seu agentes pro ea, spaciari faciant dictum navigium a dicto ponte Viarennae infra usque ad dictam sostam, seu pontem sostae de subtus, quia supradictum navigium est repletum occasione laborerii facti ad aptationem conchae dictae fabricae, et necesse est quod de praesenti dicta spaciatura fiat, ut dictum navigium sit navigabile; sed praefati domini magistri post dictam spaciaturam assumant omnes informationes necessarias ad videndum cui, seu quibus, incumbit

est cum satis modico sumptu, habito respectu ad magnum futurum utile dictae fabricae et etiam toti civitati praedictae secuturum, super quo dignetur praefata dominatio vestra licentiam impartiri possendi opus illud facere et cetera, sine quibus fieri non posset descripta in cedula antedicta, maxime in rompendo . . . . fossati dictae civitatis Mediolani saepe dictum, quod expedit . . . . antem opus faciendi sive navigium suprascriptum, cum non possit fieri de pecunia communis cum consensu deputatorum dictae fabricae et aliorum quamplurium bonorum communis dictae civitatis instantium et requirementum fieri debere deliberavimus . . . . » Qui il documento, quale si legge nel libro degli istromenti dal 1489 al 1527, rimane tronco, e nelle ultime linee assai scorrette comincia il decreto di approvazione di Gian Galeazzo Visconti.

La riva di quel laghetto, che trovasi già menzionato nel 1395 come « lagetum novum s. Stephani in brolio Mediolani » di proprietà della fabbrica per privilegi ducali, nel 1488 era stata affittata a Galvagnolo Menozzi, e secondo l'atto relativo, « se extendit a muro lagheti illius partis, ubi est falconum, usque ad murum domus illustrissimi domini dom. ducis Mediolani, et seu usque ad pedem turris ibi existentis; cui ripae cohaeret ab una parte dictus murus dicti lagheti, super quo est falconum dictae fabricae, ab alia dictum laghetum, ab alia parte dicti mercati equorum, et ab alia parte tenebatur per Paxolum de Bebulco mediante strata. » In progresso di tempo i Menozzi rinunciarono all'affitto, che fu ripreso da Pietro d'Osmate; allora nell'atto si espresse che quella riva era in lunghezza br. 109, e 11 in larghezza, « quae posita est et sita inter duas turretas, cui cohaeret a mane murus fossati Mediolani, a meridie muralia magna illustrissimi domini Mediolani, a monte laghetus et a sero strata. »

Sotto ai 12 giugno 1425 leggesi in un registro d'amministrazione della fabbrica, che furono date l. 3, s. 8 a « Petrolo et Albrigo de Raude pro eorum mercede retinendi aquam in fossato portae ticinensis Mediolani pro dampno passo in tenendo aquam, quae decurrit ad eorum molandinum situm super aquam praedictam impeditam diebus 2, quibus non potuerunt laborare causa et occasione spaciari et ripam faciendi fossatum citadellae suprascriptae portae ticinensis, per quod naves conducuntur a lageto s. Stephani in brolio Mediolani. »

*Pretore di Volpedo.*

Addi 26 ottobre.

Confermarono per un altro anno nell'ufficio di pretore di Volpedo l'attuale Gio. Agostino Bertora.

*Piazza del Duomo. Lodovico Sforza concede al capitolo di s. Tecla la costruzione di una bottega nell'angolo esterno della vecchia facciata.*

Addi 15 novembre.

Ludov. Maria Sfortia Anglus dux Mediolani, Papiae Angleriaeque comes ac Cremonae dominus. Magister Lazarus de Palatio, cui hujusmodi rei comissionem feceramus, relationem nobis fecit in sententiam subsequentem, videlicet:

« Illustrissime et excellentissime princeps. Ho inteso quanto me havia commisso circha a vider se per fare una bottecha in el cantono de fora de la giesia de s. Tegla deverso la contrata di pilizaj, in el cantono che tocha la fachia vechia de dicta chiesa, darà danno a la republica, et doppo dovesse riferire alla prefata excellentia vostra. Et per exequir quela più volte sono andato a vider dicto loco insieme con il magnifico domino Philippo Bagaroto vostro secretario: et in tuto molto ho considerato, a mi me pare che darà danno pocho o niente a farsi dicta bottecha, li non venendo fora più como era la parietia vechia de dicta giesia deverso la fazada, venendo per dirricta linia a perdendose verso la muralia nova de dicta chiesa più cha brazo uno, et butando via brazo uno e mezo de la pilastrada de la dicta fazada vechia, che occupa il transitio de la dicta contrada, che sa il vero che darà pocho o niente danno a la dicta republica. Quando sarà facta dicta bottecha, sarà di dentro del techiamo di dicta chiesa, el fara bel vedere al corpo dele . . . . obviara a le imonditie, quale si metano in dicto cantono, et fara il corpo de dicta contrada asay più spazosa ehe quello he de presente, et qualche più intrada ala dita giesia. Così referisco ala prefata excellentia vostra, ala quale genibus flexis mi ricomando, et dico ad vota la construa. Mediolani, die 13 decembris 1496. Excellentiae illustrissimae domini ducis Melchior de Gradi nomine magistri Lazari de Palatio subscripsit. »

[1497]

onus spaciandi dictum navigium; et quibus cognoscent dictum onus pertinere, ipsos arbitrent ad solutionem dictae spaciaturae, cum hoc quod dicta ordinatio non habeat praecedere iuris dictae venerabilis fabricae.

*Sign.* Jo. Moresinus, et expletum per Felicem Vicecomitem notarium praefatae camerae ducalis.

*Papa Alessandro VI concede a Lodovico il Moro d'erogare un legato disposto da Bianca Maria Sforza per un altare in Duomo dedicato a s. Tecla.*

Addi 20 settembre.

Alexander papa VI. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Cum, sicut nuper nobis exponi fecisti, olim quondam Blancha Maria Sfortia ducissa Mediolani, tunc in humanis agens, ex ejus mera donatione et non alias ad id adstricta, voluerit et ordinaverit quod de bonis suis in civitate mediolanensi una capella seu ecclesia sub invocatione et in honorem s. Teclae construeretur et aedificaretur, sitque in ecclesia mediolanensi unum altare sub invocatione ejusdem sanctae constructum et erectum; desideres quoque id quod in fabricam dictae capellae exponeretur, quod forte ad summam ducentorum vel trecentorum ducatorum ascendere posset, in dicti altaris utilitatem convertere, ac pro parte tua nobis fuerit humiliter supplicatum, ut tibi super hoc opportune consulere de benignitate apostolica dignaremur, Nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, quod exponendo in utilitatem dicti altaris illud, quod in fabricam dictae ecclesiae seu capellae exponi deberet, perinde voluntati et ordinationi praedictis satisfaciatur, ac si aedificatione dictae capellae exponeretur, auctoritate apostolica tenore praesentium de specialis dono gratiae indulgentis, voluntatemque et ordinationem praedictas quo ad hoc commutamus. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris, die 20 septembris 1497. Pontificatus nostri anno sexto.

*Sign.* L. Podocatharus.

*A tergo:* Dilecto filio nobili viro Ludovico Mariae Sfortiae Anglo duci Mediolani.

Nos autem hac relatione accepta, ut pro more institutoque nostro consultius provideamus, jussimus senatum nostrum secretum rem diligenter examinare, atque eam provisionem adhibere, quae sibi videretur. Idcirco adhibito vicario nostro provisionum Mediolani, considerata eadem relatione, atque omnibus quae intelligenda videbantur intellectis, cum comperit sit apothecam per capitulum s. Teglae suis propriis nominibus construendam, nullum reipublicae aut parum detrimentum allatura, attenta etiam oblatione facta per ipsum capitulum sive agentes pro eo de demoliendo dicta apotheca, quando residuum aliorum aedificiorum juxta designationem factam plateae ecclesiae majoris Mediolani dirrui continget, tenore praesentium concedimus et dispensamus, ut dictum capitulum seu agentes pro eo possint et valeant, quotiescumque eis liberit, cum interventu ejusdem magistri Lazari construere et haedificare praedictam apothecam juxta formam et modulum per relationem praemissam datum; hac tamen lege, quod dictum capitulum seu agentes pro eo solemniter promittat vel recipiat coram vicario Mediolani se hujusmodi apothecam demolituros sine aliqua cujusquam impensa, quotiescumque alia haedificia juxta designationem praedictam diruantur, aliquibus in contrarium fatientibus nequaquam attentis, quibus omnibus et singulis . . . . et de nostrae plenitudine potestatis in hac parte derogamus, et derogatum esse volumus. Mandantes omnibus et singulis officialibus nostris, feudatariorumque nostrorum ac . . . . ad quos spectat et in futurum spectabit, ut has nostras concessionis et dispensationis litteras inviolabiliter observent et observari faciant. In quorum testimonium praesentes fieri et registrari jussimus, nostrique sigilli impressione muniri.

Datum Mediolani, 15 novembris 1496.

Sign. Philippus.

*Lo scalpellino Ambrogio de' Porri  
è cassato dal servizio.*

Lunedì, 4 dicembre.

Cassarono del tutto dal servizio della fabbrica lo scalpellino Ambrogio de' Porri, per-

chè non volle obbedire agli ordini dell'ingegnere maestro Gian Giacomo Dolcebono.

*Prezzo del vino alla brenta.*

Approvarono l'acquisto del vino fatto da Giovanni da Cornaliano al prezzo di s. 32 alla brenta.

*Progetti d'iscrizione d'apporsi sul tiburio.*

Fornicem miri operis in aede maxima mediolanenses duces Ludovicus et Beatrix studio atque opera sua absolvere, cum coeptus diu ante superatis ob rei magnitudinem architectorum ingeniis, perficiendi opus modum non inveniret.

Testudo mirum altitudine sua ac magnitudine opus in aede mediolanensi, quae jam diu incoepa, opere saepius repetito, victis fabrorum ingeniis, nullum explicandi sui finem inveniebat, mediolanensium ducum Ludovici et Beatrix opera studioque absoluta est.

Quod prior aetas reformidavit, non ausa incoepatae testudinis in aede mediolanensi magnitudinem prosequi, mediolanensium ducum Ludovici ac Beatrix virtus ac religio absolvit.

Superatis saeculi sui fabrorum ingeniis in perficienda aedis mediolanensis testudine grandiore, mediolanenses duces Ludovicus et Beatrix singulari studio ac virtute sua ad exitum rem perduxere (1).

*Intervento di due deputati della fabbrica all'elezione dei deputati del Monte di Pietà di Milano.*

Domenica, 17 dicembre.

In executione litterarum magnificorum minorum deputatorum Montis Pietatis Mediolani, exposcentium duos ex deputatis venerabilis fabricae, qui, secundum ordines ducales, electioni deputatorum ejusdem Pietatis Montis intersint, electi fuerunt magnificus dominus Franciscus Petrasancta et spectabilis dominus

(1) Nessuna di queste iscrizioni, nè altra di simil genere venne apposta sulla cupola, meno quella, già riferita, all'Omodeo.

Johannes Jacobus Cribellus, qui die deputato ac in dictis litteris statuto, se ad domum dicti Pietatis Montis conferant.

Giovedì, 21 dicembre.

Ellesero ad officiali per l'anno seguente:  
Al magistrato, Gian Pietro Molteno.  
Alla tesoreria, Gian Cristoforo Longone.  
All'esattoria, Albertino de' Po.  
Alle munizioni, Ambrogio Carpano.  
Alle liste, Giorgio Seraldone.  
Al tiburio, Giovanni Cervignano.

Ne in alienas manus perveniant denarii, quos debent Palavicini, occasione domus, alias

archiepiscopalis, quam in manus eorum, qui res fabricae in dies melius succedere curant, et ne in aliam materiam expendantur, quam in structuram palatii archiepiscopalis nuper inchoati, dato etiam quod venerabilis fabrica sit liberata a praestatione in futurum dictae domus, in majorem deputatorum cautionem et honoris eorum praeservationem, ordinarunt quod venerabilis dominus Carolus Baldus et magnifici domini Franciscus Petrasancta et Johannes Jacobus Barzia excellentiam principis alloquantur de hoc, et voluntatem ejus diligenter intelligant; deinde secundum ejus libitum expendantur.

*Vicario arcivescovile*: Gabriele Della Croce in sede vacante fino a' 20 giugno; alli 10 dicembre Filippo Calvi.

*Vicario di provvisione*: Bernardino de' Monteluti di Arezzo, luogotenente del vicario Antonio Bucarino; luogotenente a' 13 dicembre, Ilario Gentile.

*Ordinari*: Carlo Baldo, Cristoforo del Pozzo, Gian Ambrogio Visconti, Gian Pietro Visconte prevosto.

*Avvocati*: Gian Giacomo Balsamo e Gregorio Panigarola.

*Dottori di collegio*: Giovanni de' Giudici, Francesco degli Ozeno e Ludovico Visconti.

*Dei XII di provvisione*: Stefano de' Bernadigio, Simone Bossi, Gian Francesco Caimo, Marcello Crivello, Antonio de' Giudici, Ambrogio Longone, Corradino Marliano e Baldassare Trincherio.

*Deputati delle porte*: orientale, Lucio Cotta e Simone Moresino; romana, Antonio Amadeo e Gian Pietro Savoja; ticinese, Francesco Pietrasanta e Vercellino Visconti, cavalieri aurati; vercellina, Paolo Omato e Lionello Meraviglia; comasina, Battista Landriano e Cristoforo Malombra; nuova, Gian Giacomo Crivello e Gian Antonio Lattuada.

*Nota dei pezzi d'argento lavorato, donati dai mercanti di Milano per farne un pallio all'altare della Vergine.*

Venerdì, 5 gennaio.

Nota degli oggetti d'argento donati dai mercadanti di Milano, perchè ne sia fatto un frontale all'altare della Vergine, consegnati ad altri dei deputati della fabbrica, acciò li portino al duca che desidera vederli.

Capitulum unum argenteum elegantissime laboratum, cum figuris quinque mercatorum argenteis, et cum s. Petro claves in manu tenente, et cum domina s. Maria ab alio latere genitum suum in gremio tenente, quod capitulum est ponderis marcorum 11, ontiarum 6, una cum poste.

Item capitulum unum argenteum de nativitate Christi, cum domina s. Maria in partu, cumque tribus mulieribus argenteis, et cum una alia muliere ad coquinam argentea tamen, quod capitulum est ponderis marc. 13, ont. 3 cum dimidia, una cum poste.

Item capitulum unum Annunciationis argenteum, cum imagine dominae s. Mariae et le-

ctorino cum ejus libello argenteis, et cum angelo Gabriele argenteo, quod est ponderis marc. 11, ont. 3 cum dimidia.

Quae omnia suprascripta capitula erant in capsula una super ostium camerae consilii deputatorum fabricae, una cum reliquis capitulis similiter argenteis, cujus capsulae clavem unam habet dominus Johannes Antonius Lattuada tamquam consul mercatorum, alteram habet idem tamquam fabricae deputatus, aliam vero habet dominus Lucius Cotta deputatorum unus.

*Ostacoli a conseguire i crediti, nella povertà d'alcuni e nella grandezza dei potenti.*

Giovedì, 23 gennaio.

Ordinarono doversi provvedere con tutti i mezzi possibili ad ottenere il pagamento dei crediti della fabbrica, sebbene ne sia difficilissima l'esazione, tanto per la povertà od assenza di alcuni debitori, quanto per la magnificenza e soverchiante potenza di altri.

*Prezzo d'una briglia.*

Addi 26 febbraio.

Autorizzarono la vendita della briglia, legata dal fu Lorenzo Ghioldi, per il prezzo di ducati 500 a Giovanni Antonio Lattuada.

*Costruzione del tiburio. Prezzo degli archi.*

Lunedì, 20 giugno.

Desiderantes mirum in modum deputati perfectionem testudini majoris ecclesiae quam celeriter imponere, et videntes non posse ad eandem pervenire propter defectionem vigintiquatuor arcuum et capionorum, qui ad fenestras dictae testudinis necessarii sunt, multa ac quidem varia cum nonnullis architectis de construendis ac conficiendis dictis archibus et capionis dicta ac commentata, et tandem cum magistro Petro Nostrano et magistro Johanne Antonio Homodeo, hoc modo conventi sunt, videlicet, quod dicti magistri Petrus et Johannes Antonius tenore praesentium obligantur et tenentur dare dictis deputatis hinc ad et per totum mensem aprilis proxime futurum omnes supradictos arcus pro structura dictarum fenestrarum dictae testudinis necessarios, ad computum ducatorum 14 pro quolibet arcu a lib. 4 pro ducatu: et si casus evenerit, quod dicti magistri eos omnes expeditos ac finitos integre ad dictum tempus non dederint, quod incidant et incurrant in poenam ducatorum centum auri et in auro praedictae fabricae applicandorum. Et similiter suprascripti deputati tenore praesentium obligantur ac tenentur persolvere dictos arcus, pretio ut supra, de tribus in tribus, statim finitis et perfectis; et etiam cum pacto hoc, quod dicti magistri ut supra possint extrahere a cassina et accipere quem lapidam voluerint pro uno tantum, nam reliquos aliunde accipi pro structura hujusmodi arcuum ab dominis deputatis intelligitur, ne reliquum testudinis praefatae opus impediatur, et quod celos sive scopellos aguzari facere possint in fucina ejusdem fabricae a fabris ejusdem expensis dictae fabricae pro structura dictorum arcuum ut supra tantum.

*Lettere ducali per la più retta amministrazione interna.*

Addi 17 agosto.

Dux Mediolani, etc. Venerabiles dilecti nostri. Desiderando noy di continuo che la venerabile fabrica del Domo de questa nostra inclita città sia bene et laudabilmente gubernata, havemo inteso con qualche displicentia, che alcune volte tra voy se fa qualche ordinatione ad beneficio et ordine de la prefata fabrica per tuti voy deputati o magior parte, et che da poy uno o duoy vengono contra epse ordinatione, la qual cosa cede in gran danno et vergogna di quella fabbrica, et a nuoy molestissima, perchè, como haveti possuto comprendere, in le actione nostre ne tenemo spetiale cura. Pertanto vi commettemo et comandamo, per quanto haveti ad caro la gratia nostra, che per lo advenire niuno de voy presidenti deputati al governo de dicta fabrica, de che grado et conditione voglia se sia, che ardisca nè debia revocare nec alterare directe nec per indirectum alcuna ordinatione facta in quella fabbrica per voy tuti o per la magior parte, salvo se per tuti o la magior parte vi paresse de fare altre ordinatione o provisione. Similmente intendiamo che ogni homo di voy particolarmente piglia auctoritate de mettere gente sotto la cassina ad laborare, che sono inutili. Et benchè intendiamò sia facto ordine tra voy, che non se li metta alcuno senza licentia de la magiore parte de voy deputati, niente di meno se fa tutto l'opposito, la qual cosa cede in grande danno d'epsa fabrica per accrescere spesa inutile. Sichè etiam vi admoniamo ad volervi abstenere da simile actione, et a non metterli alcuno nec directe nec per indirectum, salvo se per tuti o la magior parte di voy serà ordinato. Et similmente quando alcuno laboratore per suoy mali deportamenti fusse remosto et casso, che non lo possiate admettere, nisi intervenga lo consentimento de la magior parte de voy. Et quando altramenti fareti, ne daretì causa de fare tal provisione, che serà danno et carco a quelli contrafarano. Et de questo volemo essere advisati per voy, messer vicario archiepiscopale et vicario de la provisione, et non mancate, per quanto haveti ad caro la gratia

nostra. Mediolani, 17 augusti 1498. — *Sign. B. Calchus.*

*A tergo:* Egrediis et nobilibus viris deputatis fabricae ecclesiae cathedralis Mediolani nostris dilectis, etc.

*Prezzo d'affitto d'alcune botteghe poste sulla piazza.*

Lunedì, 20 agosto.

Deliberarono affittarsi alcune delle botteghe nuove poste sulla piazza, una per nove anni per il fitto annuo di l. 80, da pagarsi in una volta sola per tutti i nove anni; altra segnata *A* per anni nove pel fitto annuo di l. 105, pagando in anticipazione l. 600; una terza segnata *C* per anni nove al prezzo annuo di l. 97, da pagarsi in anticipazione quanto a l. 200; una quarta segnata *H*, rimpetto la curia del capitano di giustizia, per il prezzo annuo di l. 28, senza anticipazione.

Giovedì, 22 agosto.

Riferisce altro dei deputati d'essere andato a fare una ispezione di certa casa della fabbrica, insieme a maestro Bartolomeo Velense, architetto del Comune di Milano.

*Quantità del vino che si consuma nell'anno.*

Lunedì, 1 ottobre.

In solita camera, postquam ad unum omnes in venerandae fabricae senatu consedere, volentes omnibus suis viribus ita agere, ut ab eis nihil quod necessarium sit pro negotiis dictae fabricae, videatur praetermissum, primo a Johanne Massalia fabricae condo seu canepario petierunt, si tantum vini in vasis habet, quantum sit ad satisfactionem unius anni. Qui respondit se solum habere brentas 300 vel circa vini in totum. Qui talia audientes ordinaverunt, quod dominus Johannes Petrus Moltenus, negotiorum gestorum unus, vadat ad loca Lacus Majoris ad providendum de brentis 350 vini et pluribus, si navis una plus conducere potest, et hoc quia rumor est in dictis partibus vinum exiguum satis pretium habere.

*Patti e convenzioni fra gli agenti della venerabile fabbrica e il paratico degli speciali di Milano.*

Addì 2 ottobre.

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, indictione secunda, die lunae, primo mensis octubris . . . . . (1) quondam dom. Mafoli portae ticinensis, parochiae s. Eufemiae intus Mediolani, sindicus et procurator, et sindicario et procuratorio nomine dominorum deputatorum venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, ad haec et alia faciendi constitutus, ut dixerunt constare publico instrumento sindicatus et procurae, tradito et rogato per dominum Petrum de Pegiis notarium Mediolani anno et die in eo contentis, fatiens dictus sindicus et procurator infrascripta omnia et singula in praesentia, cum consensu, auctoritate et deliberatione magnificorum dominorum Vercelini Vicecomitis et Johannis Antonii . . . . . fabricae et utriusque eorum commissariorum, ellectorum ad infrascripta omnia et singula peragenda vigore ordinationis . . . . . praefatae fabricae factae, nec non in praesentia, cum consensu, auctoritate et deliberatione, ut supra, nobilium et egregiorum virorum dominorum Johannis Antonii de Glassiate, filii quondam domini Guarnerii portae cumanae, parochiae s. Cipriani Mediolani, et Johannis Petri de Molteno, filii quondam domini Leonis portae ticinensis, parochiae s. Laurentii majoris intus Mediolani, amborum magistrorum et negotiorum gestorum praefatae fabricae et utriusque eorum ibi praesentium, volentium et consentientium parte una, et dominus Bassianus de Lomeno, filius quondam domini Christofori portae horientalis intus, parochiae sancti Babillae Mediolani, aromatarius et abbas paratici aromatariorum inclitae civitatis Mediolani, nec non dominus Christoforus de Zerbis, filius quondam domini Philippi portae vercelinae, parochiae s. Mariae ad portam Mediolani, similiter aromatarius ac consul dicti

(1) La pergamena originale fu lacerata in più pezzi, poi ricucita, ma ne manca una parte, ed una larga macchia rende illeggibili il mezzo delle ultime linee e il nome del notajo.

paratici aromatariorum, suis nominibus et nomine et vice dicti paratici et universitatis dictorum aromatariorum, et pro quibus dicti dominus Bassianus et dominus Christoforus et uterque eorum, sub obligatione omnium et singulorum dicti paratici bonorum praesentium et futurorum, promiserunt et promittunt de rato habendo, et quod curabunt et fatient cum effectu eum paraticum seu agentes nomine dicti paratici stare tacitos et contentos in infrascriptis omnibus et singulis, et quod nullo unquam tempore futuro contra praesens instrumentum non venient nec fatient directe nec per indirectum, nec aliqua ratione nec occasionem, sed semper praesens instrumentum et omnia infrascripta ratum, gratum et firmum, et rata, grata et firma habebunt et tenebunt sub obligatione infrascripta, etiam sub reflectione et restitutione omnium expensarum, damnorum et interesse, quae proinde fierent et paterentur tam in lite quam extra, parte altera, sponte, ex certa scientia ac deliberate et nullo errore ductae, et omnibus modo, jure, via et forma, quibus melius potuerunt et possunt, fecerunt et fatiunt infrascripta pacta et conventiones, per eos contrahentes et quemlibet eorum suis et dictis nominibus inviolabiliter attendenda et observanda, videlicet: in primis quatenus dictus sindicus et procurator dicto nomine, et agentes nomine praefatae fabricae teneantur et obligati sint concedere, et ex nunc concesserunt et concedunt dictis dominis abbati et consuli aromataris, ut supra, praesentibus suis et dictis nominibus stipulantibus et recipientibus stallam sitam in campum sanctum praefatae fabricae, videlicet prope locum nuncupatum paraticum ferrariorum et testorum drapi lini, nec non brachia octo terrae vachuae sequentia dictam stallam, ita et taliter quod in summa sint brachia viginti in longitudine tantum; et hoc pro construi faciendi locum unum longitudinis in summa dictorum brachiorum viginti et latitudinis, prout et quemadmodum est dicta stalla, et hoc pro usu congregationis ipsorum aromatariorum, ad hoc ut possint eorum consilia summa cum prudentia et diligentia, ac rationes et chunta ipsius paratici tractare et peragere, et cellerius invitetas altaris dicti eorum paratici honorabiliter perfici facere, et alias eorum devotio-

nes executioni demandare juxta divinam inspirationem; et casu quod praefati domini deputati praesentes et futuri praefatae fabricae vellent aliquo tempore pro usu praefatae fabricae retinere dictum haedifitium, vel aliqua quavis causa demoliri facere, quod eo in casu praefati tunc domini deputati praefatae fabricae teneantur et obligati sint alium locum totidem brachiorum viginti eis comodum assignare, si aderit, nec non eis dare et concedere tantam materiam ascendentem ad summam illius materiae tunc ponendae in perfici faciendi dictum paraticum seu haedifitium, juxta et secundum infrascriptam collaudationem fiendam ut infra; et si locus non aderit, quod tunc et eo casu praefati domini tunc deputati praefatae fabricae teneantur et obligati sint solvere dicto paratico dictam expensam, quae per eos aromatarios fieri continget, juxta extimationem et collaudationem fiendam per unum ex inginiariis praefatae fabricae, quae fiat et fieri debeat postquam perfectum fuerit dictum haedifitium seu paraticum, et quae expensa pro expressa et declarata habeatur in praesenti instrumento. Ab extimatione ejus pretii haedifitii praedicti construendi, ut supra, detrahatur et detrahi debeat, et ex nunc praesentium tenore praefati aromataris suis et dictis nominibus detraxerunt et detrahunt libras octuaginta unam et soldos quinque imperialium, pro extimatione nuperrime facta haedificii de praesenti existentis in dicto spatio dictorum brachiorum viginti eis aromataris concessorum, ut supra, videlicet juxta aliud paraticum ferrariorum et testorum drapi lini, ut supra, attento quia non sunt comprehensa in dicta summa dictae extimationis dictarum librarum octuaginta unius et soldorum quinque imperialium, et hoc quia sic conventum est inter eos contrahentes suis et dictis nominibus, ut supra. Quare ipsi contrahentes suis et dictis nominibus promiserunt et vadium dederunt, etc., obligando sese et omnia suis et dictis nominibus bona praesentia et futura, mobilia et immobilia, etiam ea quae alias verisimiliter non cadunt et non veniunt in obligatione generali, pigneri sibi vicissim et ad invicem, videlicet una pars alteri et altera alteri ibi praesentibus, stipulantibus et recipientibus vicissim et ad invicem, quod ipsi contrahentes suis et dictis



nomibus praesens instrumentum et singula in praesenti instrumento contenta attendent et observabunt ac adimplebunt et executioni mandabunt, ac ratum, gratum et firmum, ac rata, grata et firma habebunt et tenebunt, et nullo tempore contrafatiant nec venient aliqua ratione vel causa, de jure nec de facto, sub reflectione et restitutione omnium expensarum, damnorum et interesse litis et extra proinde fiendarum et sustinendarum vicissim et ad invicem praedictorum causa et occasione. Renuntiando exceptioni ipsae partes ut supra suis et dictis nominibus non facti et non celebrati hujusmodi instrumenti modo et forma praedictis, et praedictorum et infradictorum omnium et singulorum non ita et taliter actorum et factorum, et omni probationi et defensionem in contrarium. Quae omnia et singula fecerunt et fatiunt ipsae partes contrahentes suis et dictis nominibus eo acto et dicto, quod si praedictis vel aliquo praedictorum ullo tempore agi contingerit, possit pars illa, pro qua agi contingerit, semper et omni tempore, ubique et sub quolibet iudicente et causarum auditore realiter et personaliter conveniri, renuntiando omnibus et singulis infradictis, videlicet quod non possint ullo tempore dicere, opponere nec allegare causas collocatas nec collocandas, ferias ordinarias, solemnes nec repentinas, nec aliud causarum interdictum. Et constituerunt ipsae partes et utraque earum suis et dictis nominibus vicissim et ad invicem, et omnia earum et utriusque earum partium suis et dictis nominibus vicissim et ad invicem bona praesentia et futura, mobilia et immobilia, videlicet una pars nomine alterius, et altera nomine alterius suorumque haeredum et successorum, et pro eis tenere et possidere vel quasi, etc.

Actum in camera praefatae fabricae, sita in camposancto post praefatam majorem ecclesiam, etc.

*Pretore di Volpedo.*

Lunedì, 5 novembre.

Nominarono Zanone Della Strada in pretore di Volpedo.

*Prezzo del sale.*

Giovedì, 20 dicembre.

Essendo state donate alla fabbrica 25 staja di sale, deliberarono venderlo agli ufficiali della fabbrica per il prezzo di l. 3, s. 1 per ogni stajo, come si vende alla gabella.

Giovedì, 27 dicembre.

Ad ufficiali per l'anno venturo, seguendo le raccomandazioni fatte dal duca (1), nominarono:

Al magistrato, Gian Cristoforo Longone.  
Alla tesoreria, Nicola Vicomercato.  
Alle munizioni, Gio. Giacomo Porro.  
All'esattoria, Gio. Cermignano.  
Alle liste, Battista Besana.  
Alla cassina, Michele Macacuna.  
Al tiburio, Rodolfo Ghilio.

(1) Era stata apposta quest'anno la seguente iscrizione a Lodovico il Moro, scomparsa poi come tante altre:

DIVO LYDOVICO MARIAE SPORITIAE ANGLIO . . . . MEDIO-  
LANENSI AVSPICATO PROVEHENTE AC MIRA PIETATE DE RE-  
LIGIONIS CVLTV SOLICITO, QVOD A MAJORIBVS VIX VNQVAM  
FIERI POTVIT JO. CHRISTOPHORVS LONGONVS AD FABRICAM  
TEMPLI MAXIMI CVIVS FASTIGIVM TAM IN NVBES MINATVR  
QVAESTOR EXCEPTIS LIBERALI MERENDA OPIFICIVS AES OMNE  
AD DIEM DEBITVM PERSOLVIT. ANNO SALVTIS MCDLXXXVIII,  
SEXTO NONAS JULII.

Secondo il Puccinelli, questa iscrizione leggevasi in una pietra posta in Camposanto in Milano presso la scala del capitolo.

*Vicario arcivescovile:* Filippo Calvi.  
*Vicario di provvisione:* Bernardino de' Monteluti d'Arezzo; suo sostituto Antonio Bucarino  
alli 10 ottobre Giacomo Crotto, vicario, suo luogotenente Gerolamo Morone.  
*Ordinari:* Carlo Baldo, Cristoforo del Pozzo e Gio. Pietro Visconti.  
*Avvocati:* Gian Giacomo Balsamo e Gregorio Panigarola.  
*Dottori di collegio:* Gian Marco de' Pucino, Giovanni de' Nava e Galeazzo Porro.  
*Dei XII di provvisione:* Gio. Antonio Cagio, Benedetto e Marco Castiglione, Innocenzo Cor-  
betta, Gian Stefano Crivelli, Pietro Fedeli, Ambrogio Moriggia e Gian Luca Sansone.  
*Deputati delle porte:* orientale, Simone Moresino e Ambrogio Pagnano; romana, Gian Antonio  
Omodeo e Pietro de' Zapelli; ticinese, Alvisio degli Arluno e Vercellino Visconti; ver-  
cellina, Gian Pietro degli Omate e Giacomo Regna; comasina, Matteo Cusano e Cristoforo  
Malombra; nuova, Raffaele Dugnano e Gian Antonio de' Lattuada.

*La rappresentanza della fabbrica  
rilascia un salvocondotto.*

Addì 14 gennaio.

Generale consilium, regulatores magistrisque venerandae fabricae ecclesiae majoris dominae s. Mariae Mediolani, dignis moti respectibus, serie praesentium, liberum, amplum et validum salvoconductum concedimus et impartimur magistro Antonio Dilmano, organorum compositor, Mediolani veniendi, morandi pernoctandique tute, libere et impune mensibus duobus proxime futuris, et recedendi ad ejus beneplacitum. In quo termino duorum mensium volumus et deliberamus ullo modo molestari non posse in aere nec in persona, aliquibus in contrarium disponentibus non attentis, quibus, in hac dumtaxat parte, ex certa scientia derogamus. In quorum testimonium et fidem praesentes fieri jussimus et registrari, sigillique cancellariae praefatae fabricae munimine roborari.

Datum in Campo sancto praefatae fabricae, die 14 januarii 1499.

Addì 9 febbraio.

Magistro Danieli theutonico, pro ejus solutione lampadum 13 ab eo datarum praefatae

*Annali della fabbrica del Duomo. — III.*

fabricae, ponendarum ante altare majus praefatae ecclesiae, numerentur l. 26, s. 10.  
Vien nominato un « magister Bartholomaeus de Burgomaynerio lapicida et prior magistrorum et laboratorum fabricae. »

*Lettere del duca per l'esazione dei crediti.*

Addì 2 aprile.

Dux Mediolani, etc. Venerabiles dilecti nostri. Intendemo essere molti, quali sono debitori de quella fabbrica, si per legati, quanto per altra causa, quali usano difficoltà et renitentia a pagarla, dal che ne reuscisse gran danno a la prefata fabbrica; et perchè giudicamo tanto più convenire a lo officio nostro el remediare a questo, quanto le cose dedicate al culto divino sono da essere preponute ale altre, però volemo sia vostra cura de sollicitare et fare che epsi debitori pagano, usando voy, per fare che questo effecto reuscisca, quelle vie et termini vi parirano necessarii; et accadendo che se ne ritrovi qualcuno, quale ricusando luy de pagare, voy non il potesti astringere, ce ne daretì aviso, perchè noy li portaremo expediente rimedio. Mediolani, 2 aprilis 1499.  
*Sign. B. Calchus.*

*Ragionato. Salario.*

Lunedì, 15 aprile.

Essendo morto quest'oggi Pietro de' Plati, già ragionato della fabbrica, nominarono in sua vece Gabriele da Gallarate, assegnandogli il salario mensile di l. 6 ed un carro di vino all'anno, obbligandolo a scrivere il libro mastro da tenersi in ogni anno per i conti della fabbrica.

*Ingresso della duchessa Isabella.*

Lunedì, 22 aprile.

Accordarono ad altro degli affittuari d'uno spazio sulla piazza, l'esonero dal pagamento di l. 5 sul fitto dovuto, perchè per la durata di mesi 5 non poté usare dello spazio affittogli, nel tempo della venuta in questa città della duchessa Isabella.

*Tomaso Cazzaniga, scalpellino.*

Giovedì, 16 maggio.

Sulla raccomandazione dell'ingegnere maestro Gian Giacomo Dolcebono, che ne fa molti elogi, assunsero al servizio della fabbrica lo scalpellino Tomaso Cazzaniga, con quel salario che verrà poi stabilito dallo stesso Dolcebono.

*Concessione ducale di un banco sulla piazza dell'Arengo ad un fruttivendolo.*

Ludovicus Maria Sfortia Anglus dux Mediolani, etc., Papiæ Angleriaque comes, ac Genuae et Cremonae dominus. Dederunt curam seschalchi nostri Bartholae de Bellonis fructarolo mediolanensi muniendi totam curiam nostram variis fructibus juxta qualitatem temporum, sub pactis et conventionibus inter eos initis. Quare cum ex consuetudine iis, quibus ejusmodi provintia demandata est, banchum unum super platea Arengi Mediolani tenere liceat, et illic cujuslibet generis fructus vendere, tenore praesentium eidem Bartholae et filiis suis confirmamus, et ubi opus sit, de novo concedimus locum super eadem platea Arengi, ubi hactenus vendere solitum est, et quem ante ipsum tenere consueverat Gallus fructarolus,

[1499]

cum auctoritate, arbitrio et baylia tenendi banchum unum, et ad illud vendendi fructus et emendi, sicuti hactenus consuevit, quoniam locus ille est unus ex tribus, quos alias reservavimus in donatione, quam de platea ipsa fecimus venerabili fabricae majoris templi Mediolani. Mandantes magistris intratarum nostrarum, vicario provisionum et deputatis ipsius fabricae et ceteris quibus spectat, quatenus Bartholam ipsum et filios ejus in possessione ipsius loci tueantur et defendant, hasque nostras concessionis litteras observent et faciant ab omnibus observari. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus et registrarum, nostrique sigilli impressione muniri. Datum Mediolani, die 16 maji 1499.

Sign. B. Calchus.

*Parochia di s. Benedetto in porta nuova.*

Giovedì, 6 giugno.

Convennero con Giacomo della Molinetta, figlio di Melchiorre di porta nuova, parochia di s. Benedetto di Milano, la proroga di certo termine al pagamento di un suo debito.

*Salario mensile di un distinto tenore.*

Lunedì, 1 luglio.

Al prete Matteo di Limido, cantore nella chiesa, aumentarono il salario mensile fino alla somma di l. 4, a patto però che in avvenire il detto stipendio non possa essere accresciuto per nessuna causa. Questo aumento gli concessero, perchè non vi è alcuno nella cappella, che lo possa uguagliare nel canto di tenore.

*Costruzione.*

Giovedì, 4 luglio.

Laudata fide, sufficientia ac integritate magistris Jacobi Cavenaghi lapicidae, factaque mentione de ejus solitudine in structura tiburii, eidem juxta ejus petitionem fieri debere praestantiam de tota eorum denariorum summa, quam dicet dominus Jacobus Regna, tenore praesentium injunxerunt ac ordinarunt, non

[1499]

obstantibus aliquibus ordinationibus in contrarium facientibus, quibus pro hac vice tantum derogari intendunt.

Ordinaverunt praeterea quod acceptentur partiti facti a magistro Daniele de Castello lapicida pro faciendis botazolis pro fornice tyburii, ad computum l. 8 imp. pro singulo brachio, dantibus eidem marmor agentibus pro dicta fabrica, et cum auctoritate posse aptari facere celos sive scopellos expensis fabricae.

*Bianca Visconti fornisce del danaro per la costruzione della casa dell'arcivescovo.*

Lunedì, 15 luglio.

Ordinarono aderirsi alla giusta domanda dell'illustrissima Bianca Visconti di avere la ricevuta di quei denari, che in due volte fece sborsare agli agenti della fabbrica per la costruzione della casa dell'arcivescovo di Milano.

*Vendita dell'antico palazzo arcivescovile in s. Paolo.*

Addì 16 ottobre.

In nomine domini. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, indictione tertia, die lunae, sextodecimo mensis octobris. Cum per illustrissimum et excellentissimum dominum dom. Johannem Galeaz Mariam Sfortiam Vicecomitem, olim ducem Mediolani, etc., facta fuerit donatio inter vivos reverendissimo in Christo patri domino dom. Guidantonio Arcimboldo mediolanensi archiepiscopo (1), et per eum venerabili fabricae ecclesiae majoris Mediolani, nominative de toto pallatio seu domo, in qua praedictus dominus archie-

(1) A proposito di questo arcivescovo e della costruzione del palazzo arcivescovile, soggiungiamo qui una di lui disposizione su questo argomento, in data del 3 novembre 1493.

« Cum sit che li signori duchi di Milano et signore Ludovico me habbiano donato la casa ovvero palatio, dove habito de presente, et quella dove habita el magnifico capitano di justicia, como appare per instramento rogato per domino Johanne de Gallarate notaro, per fare la casa archiepiscopale et quella di Ordinarj; et cum sit che li prefati illustrissimi signori intendano sii compito detto edificio più presto sia possibile, me hanno richiesto

piscopus tunc habitabat, et ab alio magnificus dom. capitaneus justitiae Mediolani, et in medio sunt stallae ducales, cui toti haedifitio seu pallatio ab altero latere cohaeret area, quod viridarium dicitur mediolanense, a duabus via publica, et ab alio latere ducalis camerae, quae dicitur Curia Arengi Mediolani, et quicquid continetur intra dicta confinia, cum suis juribus et pertinentiis, ad habendum, tenendum et possidendum ad effectum, ut in ea haedificetur domus archiepiscopalis et canonica pro ordinariis, cum clausulis opportunis, et prout latius in ipsis litteris donationis continetur, datis Papiæ die tertio novembris millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, signatis Johannes Galeaz Maria dux Mediolani, Ludovicus Maria et Philippus Comitis;

Cumque per illustrissimum et excellentissimum dominum dom. Ludovicum Mariam Sfortiam Anglum olim ducem Mediolani confirmata fuerit ipsa donatio, et de novo similem donationem fecerit, ut constat patentibus litteris datis Mediolani die septimo martii millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, signatis Lu-

che ultra quello se contiene in dicto instramento de donatione, faccia el presente scripto, per el quale se limita et se restringe detta donazione, secondo el tenore de epso scripto.

Unde mi Guid'Antonio Arcimboldo arcivescovo de Milano, fiolo del quondam magnifico magistro Niccolò, a nome de lo archiepiscopato de Milano prometto et obligo ad edificare el palacio archiepiscopale, del che se contiene in detta donazione, fra anni quattro a venire, non accadendomi altro inconveniente; et casu quo me accadesse farlo come più presto meglio, et detto palacio archiepiscopale abbia ad remanere a i miei successori in lo arcivescovato, el resto de dicto palacio prometto de edificare per le case de li Ordinarj de la chiesa maggiore de Milano, fornito che sia detto mio edificio; et casu quo epso edificio de li Ordinarj non fosse per me fornito in mia vita, quello non sarà fornito sia in disposizione de li illustrissimi signori prefati de farne quello gli piacerà, rendendomi certo che quando havesse dato principio a la fabrica de la habitatione di Ordinarj, et non potessi finirla per mancamento di tempo, che li prefati illustrissimi signori debbano mantenere dicta ordinatione, continuandosi per li successori miei alla perfectione de la principiata fabrica, al che per li prefati illustrissimi signori potranno essere inducti et astrecti, perchè se troveranno havere meglio il modo per essere ridotto per me questo arcivescovato ad molto maggior intrata como se vede.

Ego idem Guido Antonius Arcimboldus archiepiscopus manu propria subscripsi. »

dovicus Maria, Philippus Comitiss, et sigillatis sigillo ducali in cera alba;

Cumque praedictus reverendissimus dominus archiepiscopus Mediolani requisiverit venerabilibus et spectabilibus dominis deputatis venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, quatenus velint sedimina deputata pro habitatione praedicti reverendissimi domini archiepiscopi, sita in porta orientali, parochia s. Pauli in Compedo Mediolani, vendere pro convertendo praetium pro reparatione et nova haedificatione suprascripti pallatii seu domus superius donati pro habitatione praedicti reverendissimi domini archiepiscopi et futurorum archiepiscoporum, offerens praefatus dominus archiepiscopus, sub obligatione bonorum praedictorum archiepiscoporum praesentium et futurorum, praedictos dominos deputatos et bona praedictae fabricae praesentia et futura indemnes et indemnia praestare et conservare a praestatione et concessione domus ipsi domino archiepiscopo et futuris archiepiscopis praestandis futuris temporibus;

Cumque praemissorum occasione pluries congregatum fuerit generale consilium praefatae fabricae, in quo tandem deliberatum et conclusum fuerit ad dictam venditionem procedi debere pro reparatione et constructione dictae domus donatae et novorum haedifictorum, prout constat ordinatum, registratum in libro Ordinationum anni praesentis praefatae fabricae;

Cumque praedicti domini deputati, attendentes dictam venditionem in utilitatem et honorem praefatae fabricae cedere, maxime ex deliberatione secutura praestandi domum praedicto domino archiepiscopo et futuris archiepiscopis, fecerint et constituerint suos syndicos venerabiles, magnificos et praestantissimos viros dominos Philippum de Calvis decretorum doctorem, Johannem Jacobum de Balsamo juris utriusque doctorem, Johannem Jacobum de Baroziis et Franciscum de Capris ex praedictis dominis deputatis praefatae fabricae et quemlibet eorum syndicos et procuratores praefatae fabricae ad faciendum pacta et conventiones occasione praemissorum, et ad vendendum et alienandum, ut in ipso instrumento iudicatus continetur, rogato per Petrum de Pegiis Mediolani notarium die 18 augusti 1496; et in executione dicti syndicatus et procurae devenerunt ad nonnulla pacta

et conventiones cum reverendissimo domino Hieronymo ex marchionibus Pallavicinis episcopo novariensi, nomine et vice magnifici militis domini Octaviani ejus fratris, inter eas partes attendenda et observanda; in quo praedicti domini syndici dicto nomine inter cetera promisserunt liberare dicta bona sita in porta orientali, parochia s. Pauli in Compedo, a nonnullis fictis libellariis, qui super ipsis bonis praestantur; deinde venditionem et datum facere praedicto domino Octaviano pro pretio librarum novem mille quingentesimum imp., cum promissione defendendi in forma comuni et juris, in quo instrumento pactorum dicti syndici dicto nomine confessi fuerunt recepisse et habuisse a praedicto domino Hieronymo episcopo, ut supra, libras centum imp., perventas in praedictum dominum Guidantonium archiepiscopum ut supra;

Cumque praedicti domini deputati praefatae fabricae se liberaverint a ficto libellario, quod fiebat et praestabatur scollae quatuor Mariarum Mediolani, nec non a ficto libellario, quod fiebat et praestabatur dominae Magdalenae de Ferrariis, nec non a ficto libellario, quod praestatur spectabili artium et medicinae doctori domino magistro Guidoto de Mazenta, prout tenebantur juxta formam pactorum inter eas partes factorum, prout constat publico instrumento rogato et tradito per me notarium . . . . . per Albertum Sansonum Mediolani notarium;

Cumque ad supplicationem praefati reverendissimi domini archiepiscopi Mediolani, nec non dominorum deputatorum praefatae fabricae, per reverendissimum in Christo patrem dominum Bernardinum, miseratione divina sacrosanctae romanae ecclesiae tituli s. Crucis in Hierusalem presbyterum cardinalem episcopum saguntinum, per Italiam et Germaniam ac quaecumque alia loca, ad quae declinare eum contingerit, sanctissimi domini nostri Alexandri papae VI et apostolicae sedis legatum de latere, concessae fuerint nonnullae bullae, disponentes bona ipsa deputata pro habitatione praefati reverendissimi domini archiepiscopi, sita in suprascriptis porta orientali, parochia s. Pauli in Compedo Mediolani, vendi posse sub certis modis et formis in eis bullis annotatis ut supra, cum consensu et deliberatione venerabilium

dominorum fratris Dominici de Polastris praepositi ecclesiae s. Spiritus, et Petri de Morigiis, et pretium in reparatione et haedificiis palatii suprascripti donati ut supra converti debere per praefatum dominum archiepiscopum, et praefatum dominum archiepiscopum posse liberare dictam fabricam a praestatione habitationis praedicti domini archiepiscopi et aliorum futurorum archiepiscoporum, et prout in ipsa bulla latius continetur, data Januae anno incarnationis dominicae 1496, septimo idus octobris, pontificatus praedicti domini nostri papae anno quinto;

Cumque praedicti domini praepositus s. Spiritus et dictus dominus Petrus dellegati ut supra concesserint licentiam praefatae fabricae et deputatis ad eam possendi devenire ad venditionem et alienationem dictorum bonorum, juxta formam dictarum bullarum, ut constat instrumento rogato per suprascriptum Guidonem Bossium notarium, etc.;

Cumque praedicti venerabiles et spectabiles domini Philippus de Calvis decretorum doctor, ex dominis ordinariis ecclesiae majoris Mediolani, Johannes Jacobus de Balsamo juris utriusque doctor, Johannes Jacobus de Baroziis et Franciscus de Capris, syndici et procuratores et sindicario et procuratorio nomine venerabilium et spectabilium dominorum deputatorum regimini venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, ad haec et alia facienda specialiter constituti, ut dixerunt constare publico instrumento sindicatus, rogato per Petrum de Pegiis Mediolani notarium, fecerint venditionem et datum ad proprium, etc., spectabili juris utriusque doctori domino Bernardino de Crispis, procuratorem et procuratorio nomine magnifici domini Octaviani Pallavicini per instrumentum procurae rogatum per Petrum Paulum de Blanchis Mediolani notarium die secundo maji 1497, nominative de sediminibus duobus sitis in porta horientali, parochia s. Pauli in Compedo Mediolani, quae sunt cum suis haedificiis, cameris, solaris, puthis, orto et aliis suis juribus et pertinentiis, quibus cohaeret ab una parte strata, ab alia illorum de Rofinis in parte, et in parte cloderiae illorum de Campiognago, ab alia domini Leonis de Homate, et ab alia in parte haeredum quondam Johannis de Aliprandis, et in parte haeredum quon-

dam spectabilis artium et medicinae doctoris domini magistri Antonii de Bernardigio, salvo errore cohaerentiarum, etc., cum solemnibus tenore, cessione jurium et actionum, translatione domini et possessionis, constitutione missi et procuratoris, positione in eorum locum, jus et statutum, et cum promissione defendendi in forma comuni et juris, et pro pretio et mercato inter eos dictis nominibus facto et conventato librarum 9500 imp., de quibus dicti syndici praefatae fabricae usque ad festum pascae resurrectionis Domini nostri Jesu Christi anni 1496 proxime praeteriti confessi fuerunt recepisse et habuisse ab agentibus pro praedicto domino Octaviano Pallavicino l. 1600 imp. et l. 2500 imp. praesentialiter numerare fecerunt, quas praedictus dominus Octavianus solvere debebat usque ad calendas mensis martii tunc proxime praeteriti; residuum vero, quod erat l. 5500 imp. praedictus dominus Bernardus de Crispis procuratorio nomine quo supra promisit, sub obligatione bonorum praedicti domini Octaviani pignori, praedictis dominis syndicis praefatae fabricae praesentibus, nomine praefatae fabricae stipulantibus et recipientibus, dare et solvere praedictae fabricae per terminos infrascriptos, videlicet quartam partem, quae est l. 1375 imp., in quolibet festo s. Martini annorum sequutorum, usque ad completam solutionem ipsarum l. 5500 imp. cum omnibus expensis, etc.; et quae omnia facta fuerunt praesente praedicto reverendissimo domino dom. Guidantonio Arcimboldo archiepiscopo Mediolani volente, et praedictis omnibus et singulis expresse consentiente, ac confitente ad instantiam dictorum dominorum sindicorum stipulantium nominae praefatae fabricae se recepisse et habuisse ab eis dominis syndicis ut supra in una parte dictas l. 1600 imp., et item in alia parte dictas l. 2400 imp., et eas expendisse in constructione et pro constructione pallatii archiepiscopalis curiae, in quo praedictus reverendissimus dominus archiepiscopus residebat, et de quo fit mentio in donatione et confirmatione facta per illustrissimum dominum ducem Mediolani praedicto domino archiepiscopo, suo et nomine sedis archiepiscopalis et futurorum archiepiscoporum in dicto archiepiscopatu, et juxta formam bullarum tenoris inserti in ea venditione; praefatosque dominos syndicos et procuratores dicto nomine

praesentes, stipulantes et recipientes et praedictam fabricam sponte et ex certa scientia ac deliberate, et cum auctoritate et beneficio bul-larum et litterarum ducalium tenorum inser-torum in ea venditione ac omni meliori mo-do, etc., liberavit, quietavit et absolvit dictos do-minos syndicos et procuratores, stipulantes no-mine praefatae fabricae, ab omni et toto eo, quod praedictus dominus archiepiscopus et futuri archiepiscopi usque in perpetuum praedictis do-minis sindicis et procuratoribus dicto nomine ac praefatae fabricae et super ejus fabricae bonis petere, exigere, consequi et habere poterant, potuissent et possent occasione alicujus habitationis domus praestandae ipsi domino archiepiscopo et quibuslibet futuris archiepiscopis usque in perpetuum, declarans et decernens praedictus dominus archiepiscopus tenore praesentis instrumenti ipsum pallatium, per prae-libatum illustrissimum dominum ducem Mediolani praefato reverendissimo domino archiepi-scopo largitum, succedere debere in locum et scontrum sediminis superius venditi, ita quod semper et omni tempore usque in perpetuum intelligatur et sit et habeatur pro donato prae-fatae fabricae ad usum et pro usu habitationis praefati reverendissimi domini archiepiscopi et futurorum archiepiscoporum, et his modo et forma, prout erat superscripta domus vendita ut supra. Et ulterius praedicti domini syndici dicto nomine promiserunt, obligando bona prae-fatae fabricae pignori, praedicto domino archie-piscopo eidem domino archiepiscopo dare et solvere ipsum residuum, videlicet dictas l. 5500 imp., tempore exbursationis fiendae ut supra, convertendas et seu expendendas in haedifi-cando dictum pallatium de quo supra tantum, cum certis pactis et modo et forma contentis in instrumento ipsius venditionis, rogato per Albertum Sansonum et Guidonem Bossium no-tarium publicum Mediolani et utrumque eorum in solidum die octavo junii 1496 seu anno, etc.

Cumque praedictus dominus Octavianus Pal-lavicinus fecerit venditionem et datum ad pro-prium, etc., domino Maphaeo de Landriano, tunc praesenti et stipulanti nomine et vice magni-ficae dominae Blancae de Vicecomitibus et fi-liorum suorum, nominative de dicto sedimine superius terminato et cohaerentiato, cum so-lemnibus tenore, cessione jurium et actionum,

translatione domini et possessionis, constitu-tione missi et procuratoris, positione in suum locum, jus et statum, et cum promissione def-fendendi pro ejus dato et facto tantum, et pro-pretio et merchato dictarum l. 9500 imp., de quibus superscriptus dominus venditor fuit con-tentus habuisse ab eo domino Maphaeo, tunc praesente et stipulante nomine dictorum ma-tris et filiorum, praesentialiter l. 4000 imp.; re-siduum autem dictus dominus Maphaeus dictis nominibus promisit dare et numerare praefatae fabricae per terminos infrascriptos, videlicet l. 1375 imp. ad omnem requisitionem agentium pro praefata venerabili fabrica, et residuum rebursare teneantur in quolibet festo s. Mar-tini l. 1375 imp., donec facta esset integralis solutio dictarum l. 5500 imp., restantium pro resto pretii dicti sediminis superius venditi, prout in instrumento venditionis continetur, ro-gato per me notarium, etc.;

Cumque praelibatus reverendissimus dominus dom. archiepiscopus decesserit, et capitulum ec-clesiae majoris Mediolani, ac etiam per agentes nomine venerabilis fabricae deputatus fuerit dominus Johannes Antonius de Glassiate infra-scriptus ad recipiendum dictas pecunias a prae-fata domina Blanca, et eas expendendo in haedifitiis dicti pallatii, ac etiam ad solvendum nonnulla debita contracta per praelibatum re-verendissimum dominum archiepiscopum . . . . . occasione lignaminum, calcinarum, ferra-mentorum et magistrorum positorum in haedifitiis dicti sediminis, de quibus debitis constabat ex libris praefati reverendissimi domini archiepiscopi;

Cumque praedicta domina Blanca et dicti filii exbursaverint de mandato dictorum domi-norum deputatorum praefatae fabricae in una parte dictas l. 1375 imp., quas exbursare et dare tenebantur ad omnem requisitionem prae-fatorum dominorum deputatorum praefatae fa-bricae, secundum formam dictae venditionis ipsis matri et filiis factae, et in alia parte alias l. 1375 imp. dicto domino Johanni Antonio de Glassiate deputato ut supra, ac de impositione ut supra, quae sunt in summa l. 2750 imp., et quas l. 2750 imp. dictus dominus Johannes Antonius de Glassiate expendidit quid in sa-nando dicta debita contracta vivente praedicto reverendissimo domino archiepiscopo, et quid

in haedificari faciendo in dicto sedimine, prout apparet ex libro per ipsum dominum Johan-nem Antonium facto, et ex quodam quinter-neto similiter per eum facto, et per nobilem dominum Jacobum Reynam et Aluysium de Ar-luno, ex dominis deputatis praefatae fabricae et ad id ellectorum per alios collegas suos dili-genter visum et examinatum, prout ibidem dicti domini Jacobus et Aloysius, nec non dictus do-minus Johannes Antonius ad petitionem mei notarii, etc., dixerunt, etc.;

Modo autem in camera solitae congregatio-nis praedictae venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, convocatis et congregatis venerabilibus et magnificis dominis deputatis praefatae fabricae in camera solitae congre-gationis, in qua quidem congregatione fuerunt et sunt venerabiles domini Johannes Petrus de Vicecomitibus praepositus ecclesiae majoris, Christoforus de Putho, ex Ordinariis dictae ec-clesiae, nec non magnificus miles dominus Ver-celinus Vicecomes, Johannes Antonius de Laude, dominus Jacobus de Regnis et dominus Johan-nes Matheus de Cusano, ex dominis deputatis praefatae fabricae; Bartholomaeus de Lampu-gnano, filius quondam domini Lucae portae cu-manae, parochiae s. Thomae in terra amara Mediolani, syndicus et procurator, et sindicario et procuratorio nomine reverendorum et spe-ctabilium dominorum deputatorum praefatae venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, ad haec et alia facienda specialiter con-stitutus, ut dixit constare publico instrumento sindicatus, rogato per Paulum de Pegiis Me-diolani notarium, etc., faciens dictus syndicus haec omnia in praesentia et cum parabula, consensu et licentia praedictorum reverendo-rum et spectabilium dominorum deputatorum, nec non in praesentia et cum consensu nobi-lium dominorum Johannis Petri de Molteno, fi-lii quondam domini Leonis portae ticinensis, parochiae s. Laurentii majoris intus, et Johan-nis Christophori de Longono, filii quondam do-mini Johannis portae cumanae, parochiae s. Pro-taxii in campo intus Mediolani, magistrorum et negotiorum gestorum praefatae fabricae, vo-lentium et consentientium infrascriptis omni-bus et singulis:

Voluntarie, etc., et omnibus modo, etc., et ad petitionem mei notarii stipulantis nomine

praefatae dominae Blancae de Vicecomitibus et filiorum, etc., fuit contentus et confessus se dicto nomine recepisse a praefata magni-fica domina Blanca de Vicecomitibus, filia domini Ambrosii et relicta quondam magnifici et famosissimi juris utriusque doctoris et du-calis consilarii domini Johannis Angeli de Talentis de Florentia, nec non filiorum suo-rum et filiorum quondam praedicti domini Jo-hannis Angeli et pro eis, dictas libras 2750 imp., et hoc pro parte solutionis dictarum li-brarum 5500 imp., de quibus in dicto instru-mento venditionis superius narrato fit mentio, et pro plena et completa solutione et integra satisfactione dictorum duorum primorum ter-minorum, de quibus in dicto instrumento su-pra narrato fit mentio; et has quidem l. 2750 imp. praedictus dominus Johannes Antonius de Glassiate, filius quondam domini Guarnerii portae cumanae, parochiae s. Cipriani Mediolani, ad instantiam dicti syndici et praedicto-rum dominorum deputatorum ac mei notarii stipulantis nomine praedictae fabricae, parte magnificae dominae Blancae et filiorum et cu-juslibet alterius personae, etc., protestatus fuit et protestatur se recepisse et habuisse eas li-bras 2750 imp. ab eis matre et filiis, nomine praefatae fabricae et pro ea, in pluribus et di-versis partitis, ac expendidisse in solvendo de-bita praedicta et in haedificari faciendo dictum palatium a die 27 julii proxime praeteriti re-tro, libras 2638, sol. 7 et den. 10 imp., prout evidenter et aperte constat ex libro ipsius do-mini Johannis Antonii, et ex quodam quinter-neto extracto ab ipso libro existente penes praefatam fabricam, et residuum usque ad di-ctam summam librarum 2750 imp. expendidisse ab eo die citra, ut constat dicto ejus libro, viso et diligenter examinato per dictos dominos de-putatos ut supra.

Renuntiando, etc.

Actum in camera congregationis praedicto-rum dominorum deputatorum, sita in campo-sancto Mediolani, praesentibus pro notariis Antonio de Briosco, filio quondam domini Chri-stofori portae orientalis, parochiae s. Pauli in Compito Mediolani, et Antonio de Birago de Blanchis, filio quondam domini Johannis por-tae orientalis, parochiae s. Babillae intus Me-diolani, etc. Testes Jacobus de Colliis, filius

quondam domini Mafoli portae ticinensis, parochiae s. Petri in campo laudensi; Johannes Antonius de Premenugo, filius quondam domini Simonis portae orientalis, parochiae sancti Stephani in brolio foris, et Dionysius de Ello, filius quondam domini Ambrosii portae ticinensis, parochiae s. Mariae Beltradis notus, omnes testes, etc.

Ego Ambrosius de Carchano, filius quondam spectabilis domini Francisci, portae novae, parochiae s. Bartholomaei intus Mediolani, publicus Mediolani notarius, superscriptum instrumentum rogatum per nunc quondam dominum Petrum Paulum de Pasqualibus, olim notarium publicum Mediolani, et repertum in ejus imbreviaturis fideliter extrahere feci ex auctoritate mihi per olim spectabilem dominum abbatem venerabilis collegii concessa, et pro fide subscripsi.

*Cremona e Geradadda perdute.*

Giovedì, 23 novembre.

Deliberarono concedersi a Pietro da Brissio, questuario della fabbrica, un compenso di l. 8 imp., a cagione che per lo spazio di due anni non potè fare la questua in Cremona e nella Ghiaradadda, che furono perdute.

*Predicatore dell'ordine carmelitano.*

Lunedì, 9 dicembre.

Trattavasi di eleggere il predicatore per il presente avvento e per la futura quaresima. Vi aspiravano i frati di s. Gio. Battista dell'ordine de' Carmelitani dell'osservanza, fuori di porta nuova di Milano, ed i Carmelitani pure dell'osservanza di porta comasina di dentro; fu affidata la scelta alla sorte, e riuscì prescelto un reverendo padre predicatore carmelitano del convento di porta comasina di dentro.

*Occupasi la casa d'abitazione del capitano di giustizia ed il locale de' suoi notaj.*

Giovedì, 19 dicembre.

Exposito coram dominis deputatis non fore alienum, si in hoc discessu magnifici capitanei

justitiae Mediolani occuparetur ab agentibus pro fabrica ejus domus habitationis, nec non locus quem tenent ejus notarii in canonica venerabilium dominorum Ordinariorum, hique darentur uni Ordinariorum pro habitatione, et hoc ut semel fieret introitus possessionis totius canonicae, juxta donationem factam a principe illustrissimo; tandem consideratis omnibus diligenter hinc inde, assignantur dictae aedes, in quibus morabatur et stabat capitaneus ipse et nunc ejus notarii, venerabili domino Johanni Petro Vicecomiti praeposito ac ordinario ecclesiae majoris Mediolani, ad beneplacitum tamen ipsorum dominorum deputatorum, et cum conditione et pacto, quod dictus dominus Johannes Petrus non habeat deinceps praestationem ficti ejus domus juxta solitum pro eo tempore, quo dictas aedes pro ejus mansionem occupabit.

*Pretore di Volpedo.*

Lunedì, 23 dicembre.

Nominarono pretore di Volpedo per l'annoventuro Maffiolo Visconte.

*Occupazione fatta dai tabellioni regj di una casa di proprietà della fabbrica.*

Paolino Ferrario, il quale da pochi giorni aveva assunto l'affitto della casa proveniente dall'eredità di Alessio Albanese, espone di non potere andare al possesso di detta casa, di presente occupata dai tabellarii regj, che non vogliono lasciarla in libertà. Il Consiglio delibera annullar il contratto d'affitto.

Sabato, 28 dicembre.

Per l'anno prossimo nominarono i seguenti ufficiali:

- Al magistrato, Giacomo Porro.
- Alla tesoreria, Gio. Antonio Glassiato.
- Alle munizioni, Francesco del Mayno.
- All'esattoria, Gio. Pietro Molteno.
- Alle liste, Gio. Maria Recalcato.
- Alla cassina, Francesco Crivelli.
- Al tiburio, Rodolfo Ghilio.

*Vicario arcivescovile:* Andrea de Greciis.

*Vicario di provvisione:* Giacomo Crotto; suoi luogotenenti Lodovico Cambiagio e Gian Antonio Martignone; alli 25 giugno, Bernardino Guazzo.

*Ordinari:* Modesto Cusano, Cristoforo del Pozzo e Gian Pietro Visconti.

*Dottori di collegio:* Lodovico Gallarate, Enrico Pegio e Giovanni Taverna.

*Maestri gestori di negozio:* Cristoforo Longone e Giacomo de' Porro.

*Dei XII di provvisione:* Francesco e Paolo Capra, Gabriele Castano, Lucio Cotta, Gian Antonio Omodeo, Gian Francesco e Lionello Meraviglia e Ambrogio Moneta.

*Deputati delle porte:* orientale, Gio. Marliano e Ambrogio Pagnano; romana, Dionigi Missaglia e Gian Pietro Zapello; ticinese, Alvisio Arluno e Francesco Pietrasanta; vercellina, Simone Cotta e Giacomo Regna; comasina, Gio. Matteo Cusano e Battista Landriano; nuova, Gio. Antonio Capra e Raffaele Dugnano.

*Sepolcro nell'Ospitale pel protonotario Birago.*

Lunedì, 20 gennaio.

Maestro Andrea da Fusina scalpellino, a nome dei deputati dell'Ospitale grande, chiede si debba concedere licenza a maestro Biagio Vajrone per un mese, affinché possa costruire in detto ospedale un sepolcro pel reverendo protonotario Birago. Il Consiglio delibera d'annuire alla domanda.

*Ufficio delle bollette.*

Giovedì, 23 gennaio.

Deliberarono porre all'incanto l'affitto degli spazii della piazza, cominciando dai primi quattro, vicini alla chiesa maggiore, verso il portico delle bollette di Milano.

*Gio. Giacomo Trivulzio, luogotenente generale nello Stato di Milano, supplica papa Alessandro VI di rievocare a favore della Metropolitana la sospensione d'indulgenze fatta in occasione del jubileo.*

Addì 30 gennaio.

Sanctissime patrum et clementissime domine. mi observandissime. Post pedum oscula

beatorum. Cognosco che'l scrivere mio de cosa che tocca al respecto del jubileo, quando non portasse cum se honesta causa, poteria parere inepto et non debitamente considerato. Ma trutinando et cum diligentia examinando la natura di tempi et la qualità di questa città inclyta de Milano, me presta non solamente excusatione ad intercedere, ma ancora confidentia de potere impetrare de la beatitudine vostra quello che tanto se expecta et brama da questo populo, de possere con la consueta de li anni passati piena indulgentia in la festa proxima de martio de la gloriosa vergine madre de Dio visitare el tempio et chiesa mazore de epsa città; et però devotissimamente prego et supplico alla beatitudine vostra, se degni levare la suspensione de dicta indulgentia, et benignamente lassarla correre etiam in la proxima celebrità predicta, secundo el tenore de le bolle concesse da la Santità vostra, et paternamente exaudire tanto populo, el quale per le occurrenze passate ha patito assai desdagio in li exercitii necessari per la vita di poveri homini, quali in esso otteneno el più numero; et ancora se è per la medesima causa aggravato el precio de le victualie ad tanto che merita omne refrigerio, et dove non si po in altro, como el bisogno richiede, saltem non lassarlo senza consolatione de le anime

loro, praesertim che di questa remotione de suspensione al concorso de Roma picolissima o nulla diminutione viene ad redundare, perchè quelli che hano destinato et che se trovino cum facultà de visitare la statione ad Roma, non restarano de venire, et li poveri de la cità restarano in li affanni loro cum questa pia consolatione. Et però iterum atque iterum suppliciter peto, che per gloria de Dio et per gratificatione del christianissimo signore re, pro cuius populo interceditur, Vostra Santità se digni revocare la suspensione in quanto alla indulgentia da lei concessa ad questa cità, como è dicto. Alla qual humilmente me ricolmando.

Mediolani, 30 januarii 1500.

E. Sanctitatis Vestrae humilis servus, regni locumtenens generalis Johannes Jacobus Trivultius.

Sign. Stephanus.

*Ascanio Maria Sforza ordina che debbano incaricarsi di predicare in Duomo i frati di Casoretto e non i Carmelitani di porta comasina.*

Sabbato, 29 febbraio.

Retulit magnificus dominus Bernardinus de Montelutiis de Aretio, vicarius provisionum communis Mediolani, nomine reverendissimae dominationis domini dom. Ascanii Mariae Sfortiae Angli, qualiter ejusdem reverendissimae dominationis mens est, et sic ejus nomine mandat et vult, quod reverendi fratres de Casoretto praedicent in ecclesia majore Mediolani pro quadragesima proxime futura, non obstantibus aliquibus ordinationibus in contrarium facientibus; et reverendi fratres Carmelitani de observantia portae comensis Mediolani praedicationes faciant in eorum ecclesia s. Mariae Carmelitarum.

*Si richiedono, per bisogni di guerra, il boccale e il bacile d'oro donati dal conte Vimercati.*

Lunedì, 16 marzo.

Facta fuit propositio quod domini deputati vocati fuerunt parte illustrissimi et reverendissimi domini dom. Ascanii Mariae Vicecomi-

tis, coram quo praedicti domini deputati parere volentes monitioni parte reverendissimae dominationis suae factae, se praesentarunt existente illustrissima et reverendissima dominatione sua in ducali curia Arengi, videlicet in camera marmorea, una cum reverendo domino episcopo de Latuada (1), reverendo domino episcopo placentino, reverendo domino generali Landriano ordinis fratrum Humiliatorum, magnifico domino Francisco Bernardino Vicecomite, et magnifico domino comite Bartholomaeo de Cribellis, et aliis magnificis ducalibus senatoribus; quibus dominis deputatis eadem reverendissima dominatio praelibati domini Ascanii Mariae requisivit parte illustrissimi domini dom. nostri ducis Mediolani, maximis cum exortationibus, ut velint, pro defensione hujus status, dare et consignare praefato domino episcopo de Latuada bacillam et bocale auri, praefatae fabricae relictum per magnificum quondam dominum comitem Gasparem Vicomercatum, et ab eodem domino episcopo recipere promissionem per eum fiendam de illam vel aliam illius ponderis et bonitatis, prout est ipsa, restituendo, cum Deus praelibatum dominum ducem nostrum in pacifico statu posuerit (2). Quapropter praedicti domini deputati, attendentes quod exhortationes principum uti praecepta habentur, matura inter eos praeha-

(1) Questo Lattuada dee essere stato vescovo in partibus infidelium, poichè l'Ughelli nella sua Italia sacra non annovera alcun vescovo di questo nome.

(2) A questo proposito aggiungiamo un documento, d'epoca più tarda, che ricorda gli argenti dati a Lodovico il Moro nelle sue strettezze finanziarie all'epoca de' suoi rovesci. È una richiesta fatta dai deputati della fabbrica a Carlo V imperatore di risarcimento dei danni recati dalla perdita degli oggetti di valore rilasciati a quel duca. Il documento, mancante della data, trovasi nell'Archivio della Curia Arcivescovile di Milano.

«Mentrechè l'illustrissimo signor Ludovico Maria Sforza, allora duca di Milano, fu da molte guerre oppresso, et per difesa dil Stato hebbe fra le altre cose molti vasi d'argento dalla sacristia della chiesa maggiore di Milano, estimati l. 3906, s. 12, d. 7 imp., con promessa di restituirli, et come per l'instromento di 21 marzo dell'anno 1500 appare, qual restituzione non essendo stata fatta, parve conveniente all'illustrissimo signor Massimiliano suo figliuolo successo nel ducato, non havendo commodità dil dinaro, con che sodisfare alla detta sacristia, fargli vendita di tanta parte dil datio della macina di Milano, quanto importa la somma di l. 495, s. 6, d. 6 d'annuo reddito, et come per l'instromento di 16 novembre 1514, che in au-

bita consultatione, praemissis attentis, ordinarerunt mentem praelibati illustrissimi domini ducis executioni mandari debere, consignantes ipsum bocale et bacillam dominis negotiorum gestoribus, injungendo eis ut ipsa consignent praedicto reverendo domino episcopo de Latuada, cum pondere et bonitate auri, accipiendo cautionem ab eo per publicum instrumentum nomine praelibati illustrissimi domini ducis Mediolani de eam restituendo, vel aliam illius ponderis et bonitatis, cum praelibatus illustrissimus dominus dux Mediolani in pacifico statu vivet.

*Notizie storiche. Guerra coi Francesi.*

Lunedì, 11 maggio.

Deliberarono doversi fare un compenso al-

l'autentica forma si esibisse, qual vendita poi non hebbe effetto per la mala congiuntura de quelli tempi, nei quali da' Francesi fu occupato il Stato, che lo ritenero molti anni. Scacciati poi li Francesi, sopraggiunse la peste, con molti altri disturbi et impedimenti, di modo che morte le persone informate, et trasportate le scritture di detta sacristia da un luoco all'altro, et molte ancora perse, il sudetto reddito non fu mai pagato a detta sacristia. Finalmente poi havendo gli agenti di essa sacristia ritrovato gli instromenti sudetti, l'anno 1566 hebbero ricorso da Vostra Maestà per haver sodisfazione di detto suo credito, la qual ordinò al signor duca di Albuquerque, governatore di questo Stato, che facesse breve et summaria giustizia, perchè detta sacristia non ricevesse alcun aggravio, et come per le lettere di Vostra Maestà delli 10 maggio 1566, che parimente s'essibiscono, appare. Il qual signor duca scrisse al presidente et maestri ordinarij di esso Stato, che intendessero le ragioni di detta sacristia et dil fisco, et ritrovando che ella fosse creditrice, gli ne facessero formar un mandato opportuno. Mandate per esecuzione di questo le scritture al fisco, egli oppose solamente che il mandato fatto per il duca Massimigliano non si estendeva a far il dato et pagamento per il debito causato dal duca Lodovico, la qual opposizione è però frivola, perchè dal detto mandato appare, che la mente sua era anche di poter dar in pagamento delle entrate dil Stato alli suoi creditori, fra quale vi era ancora detta sacristia, oltre che i mandatarj d'esso signor duca Massimigliano, come herede dil padre, informati et della mente d'esso signor duca et dil vero credito della sacristia, fecero essa vendita, il qual fisco però si rimette alla pia mente di Vostra Maestà, essendo che gli argenti sudetti havuti dal signor duca Lodovico erano dedicati al culto divino. Opponeva anco che essendo fatto il debito dal detto duca Lodovico, al qual Vostra Maestà non è successa come herede, ma solamente nella dignità dil ducato, per questo non sia tenuta al pagamento di detto datio. Al che si risponde che Vostra

l'appaltatore della conca di Viarenna per acqua mancatagli al tempo delle riparazioni, ed in causa della guerra coi Francesi.

*Prezzo d'affitto degli spazj in piazza del Duomo.*

Lunedì, 6 luglio.

Deliberarono affittarsi alcuni degli spazj sulla piazza a mano destra sortendo dalla chiesa, per anni nove, e cioè il primo per il prezzo di l. 40, il secondo e il terzo per l. 45 ciascuno, ed il quarto per l. 36 ogni anno.

Giovedì, 9 luglio.

Lo stesso fecero per quelli a mano sinistra, cioè il primo piano per l. 40, il secondo per

Maestà, come successa nel Stato, è obligata servare ciò c'hanno fatto i suoi predecessori, massimamente stando che quello che hebbe il duca Lodovico, fu per conservatione dil Stato, nel qual, come si è detto, Vostra Maestà è successa; si che il prencipe che succede non per heredità, ma per altra via, è obligato osservare i fatti de' suoi predecessori, specialmente quando sono pertinenti a conservar la dignità et il Stato. Laonde havendo detto duca Lodovico pigliato detti argenti et servitose per difesa et conservatione dil Stato et per il sudetto prezzo, il quale fu sodisfatto mediante la sudetta vendita di esso datio, essa vendita non si può alterare, ma deve haver il suo compito effetto, tanto più che hora non si dimanda che Vostra Maestà paghi il detto capitale in danari, ma solo (se non fosse in beneplacito di Vostra Maestà di pagar il danaro di detto capitale) che detta vendita o dato in pagamento per tal prezzo degli argenti habbi da sortire il suo compito effetto. Confidati dunque gli agenti di detta sacristia nella pietà, clemenza e liberalità di Vostra Maestà catholica, la qual essendo solita di continuo far infinite opere pie, principalmente in honore et beneficio delle chiese, non permetterà qual non ha alcuna entrata con che possi mantener ciò che fa bisogno per il culto divino, debba restar priva de i detti vasi et suo prezzo, per il qual, come si è detto, gli fu dato in pagamento detto annuo reddito de l. 495, s. 6, d. 6 sopra il datio de la macina, da quella con ogni humiltà ricorrono,

Humilmente supplicandola sia servita, attese le sudette cause che sono giustissime, ordinar all'illustrissimo governatore di questo Stato, che non ostanti gli obietti dil fisco, facci accommodare gli opportuni libri et scritture, talmente che detta sacristia possi esser sodisfatta di detto annuo reddito datogli in pagamento, come sopra, così per tutto il passato come nell'avenire; il che per esser giusto et ragionevole, sperano ottenere li supplicanti dalla pia et liberalissima mano di Vostra Maestà catholica, la qual Nostro Signore conservi et prosperi lungamente. »

l. 35, il terzo per l. 37 ed il quarto per l. 40 ogni anno, e parimenti per anni nove.

Giovedì, 16 luglio.

Affittarono altri degli spazj posti sulla piazza per anni nove, l'uno al prezzo di l. 80, l'altro di l. 51, un terzo per l. 24, un quarto per l. 38, un quinto per l. 50.

Lunedì, 20 luglio.

Continuarono a stipulare affitti novennali degli spazj sulla piazza, al prezzo annuo di l. 45, l. 12, l. 36, l. 25, l. 20, l. 60 all'anno.

Giovedì, 27 agosto.

Affittarono altro spazio di braccia quattro, dove fu eretto un casello, a vita durante del conduttore, all'annuo prezzo di fior. 8.

*Compiuta costruzione del tiburio.*

Lunedì, 28 settembre.

Per la grande contentezza risentita da tutta la città per essere stata ultimata la volta del tiburio nel giorno di venerdì 24 settembre, stantechè il maestro di pietre Giacomo da Cavenago adoperò la maggior sollecitudine e diligenza nello attendere ai relativi lavori, deli-

berarono remunerarlo colla somma di l. 22, condonandogli un debito equivalente.

*Danni della guerra coi Francesi.*

Giovedì, 19 novembre.

A Bartolomeo Pontirolo, oste dell'osteria di Cassina Pismonte, in causa dei danni fattigli dalla guerra coi Francesi, deliberarono abbonare la somma di l. 30 imp.

*Prezzo di terreno  
in Valdaniga ed in Vimercate.*

Giovedì, 3 dicembre.

Approvarono la delibera fatta ai pubblici incanti per la vendita della possessione di Valdaniga per il prezzo di l. 26 imp. la pertica.

Così della possessione di Vicomercato per il prezzo di l. 30, s. 5 la pertica.

Lunedì, 21 dicembre.

Elestero li seguenti ufficiali per l'anno seguente:

Al magistrato, Gio. Antonio Glassiato.  
Alla tesoreria, Gio. Cristoforo Longone,  
Alle munizioni, Francesco Del Majno.  
All'esattoria, Rodolfo Ghilio.  
Alle liste, Gerolamo Sansone.  
Alla cassina, Cristoforo Ghisolfo.  
Al tiburio, Giovanni Cervignano.

*Vicario arcivescovile:* Andrea de Greciis; alli 6 settembre, Sebastiano Gilberto di Ferrara; suo luogotenente Gabriele della Croce.

*Vicario di provvisione:* Giacomo Crotto; suoi luogotenenti Cristoforo de' Barni e Gio. Antonio Martignone.

*Ordinari:* Modesto Cusano, Cristoforo dal Pozzo e Gian Pietro Visconti.

*Giusperiti di collegio:* Gian Giacomo Castiglione, Alvisio della Croce e Giovanni de' Nava.

*Consultore:* Gian Giacomo Balsamo.

*Dei XII di provvisione:* Pietro Antonio Crasso, Francesco Ferrari, Francesco de' Lodi, Gabriele Moresino, Giorgio Rocio, Andrea Sacco, Corradino Vicomercato ed Enrico Visconti.

*Deputati delle porte:* orientale, Gian Antonio Brebbia e Giovanni Marliano; romana, Giovanni Omodeo e Damiano Missaglia; ticinese, Tomaso Brasca e Francesco Pietrasanta; vercellina, Simone Crotto e Angelo Nicola Meraviglia; comasina, Cristoforo Malombra; nuova, Gio. Antonio Capra, Gian Giacomo Crivello e Gaspere Vicomercato.

*Cristoforo da Solaro.*

*Convenzioni stipulate collo stesso.*

Giovedì, 18 febbraio.

Requisitus magister Cristophorus de Solaro, dictus Góbbus, ad instantiam dominorum deputatorum ad laborandum in servitiis fabricae venerandae in figuris, dictis prius ac in medium adductis pluribus rationibus in ejus absentia, et maxime dicto de ejus peritia, scientia et ingenio tam in sculpendis figuris ipsis, quam in architectura et aliis, nec praeterito sub silentio quod ipse Gobbus maximo honori et gloriae est huic Mediolani, ex qua oriundus est, cum in ipsa parem non habeat sibi in sculptura; et tandem admissus in senatum et interrogatus de conventionione seu de accordio suo, quatuor petiit principalia. Et primo quod nolebat subjacere mandatis nec arbitrio ingeniariorum, et vult auctoritatem accipiendi eas omnes petias marmoris, quae sibi placuerint et erunt ad propositum suum pro figuris suis seu statuis sculpendis, et vult facere posse figuras ad arbitrium suum. Secundo dixit nolle subjacere imperio superstitis cassinae, nec sibi dari notas, eo quia vult laborare in horis pastorum lapicidarum, et ire ad comedendum ad

sui libitum, cum protestatione tamen faciendi semper debitum suum, ac multo plus laboraturum, quam si timeret de notis. Tertio quod vult et habere intendit salarium suum seu mercedem suam singulo mense; et quarto quod adveniente casu valetudinis ejus adversae, quam Deus avertat, quod pro eo tempore vult haberi pro bono, ac tamquam si laboraret, modo tempus infirmitatis non praetereat annum, quo in casu petit more majorum reduci ad mediam pagam.

Uditi li quali patti, li accettarono tutti, commettendo al deputato Gio. Antonio Brebbia, consenziente detto maestro Cristoforo, di fissare il salario secondo la sua coscienza e discrezione.

*Salario mensile del Solaro.*

Giovedì, 11 marzo.

In adempimento dell'avuta commissione, il deputato Gio. Antonio Brebbia dichiara, che il salario da darsi mensilmente a maestro Cristoforo da Solaro debba esserè di l. 23, s. 6, d. 8.

*Compera di ferro in Valcamonica.*

Lunedì, 19 aprile.

Commiserò all'ingegnere Gian Antonio Omodeo di andare a Bergamo ed in Valcamonica a comperarvi il ferro grosso, necessario per gli stangoni del tiburio.

*Opere d'ornato in metallo da farsi dal Solaro.*

Giovedì, 6 maggio.

Ordinarunt quod flagellum, crux et pasturale, quae vadunt ad ornamentum tyburii in manibus sanctorum Ambrosii, Augustini et Gregorii, fingantur ex auricalcho, quarum rerum provincia datur magistro Christophoro de Solaro sculptori fabricae, qui ad hoc se exhibuit praesto.

*Prezzo del ferro e suo trasporto a Milano.*

Decreverunt quod acceptetur ferrum, de quo fecit mercatum magister Jo. Antonius Homodeus ingeniarius cum domino Bethinone de Bormo de Vallecarnonica pro usu tyburii, ad computum libr. 5, s. 13, d. 4 pro singulo fasso, quod fassum est rubborum 7 cum dimidio, consignatum in loco Pisonii, et cum commissione dicti domini Bethinoni dandi pretium dicti ferri domino Johanni Zucono habitanti in loco Trivillii, qui dominus Johannes Zuconus promisit conducere dictum ferrum a Pisono Trivilium pro s. 2 imp. pro rubbo, et a Trivilio Mediolanum pro s. 4, d. 6 imp. pro singulo fasso; cum pacto tamen quod deputati dent de praesenti dicto domino Johanni Zucono ducatos 50 auri.

Lunedì, 6 settembre.

Devento in mentionem domus quondam domini Thomae Grassi, et nunc venerandae fabricae, de qua jam pluribus annis non percipitur redditus aliquis pro ficto, et maxime ab discessu illustrissimi principis Ludovici citra, qui de ea quotannis fiebat debitor ad computum ducatorum 100 omni anno, eo quia eam dabat possidendam nobilibus dominis deputatis ad montem pietatis Mediolani pro usu dicti montis, et recordato dictos deputatos dicere

se nequaquam velle esse debitores de ea, nisi eo modo quo ab eis possidebatur tempore dicti principis illustrissimi, deliberantes suis redditibus gaudere ac usufrui, praedictis praesertim attentis, ordinarunt quod exponantur cedulae in locis solitis pro affictanda ad auctionem meliorem conditionem facientibus, ut moris est, dicta domo quondam domini Thomae simul et divisim, prout ipsis dominis deputatis melius videbitur, cum pactis penes dominum Albertum Sansonum praefatae venerandae fabricae notarium existentibus.

Lunedì, 13 settembre.

Ordinarunt quod detur apotheca a farinaria, sita apud broletum novum Mediolani in Farinarii (1), Bernardino de Balcono pro ficto lib. 16 imp. omni anno.

Addì 13 settembre.

Magistro Alexandro de Carchano et sotiis pictoribus, pro eorum solutione operarum ab eis factarum ad pingendum fornacem tiburii l. 71, s. 11.

Addì 13 ottobre.

Magistro Jacobo de Mottis pictori, pro pretio vitriatarum duarum ab eo factarum ad fenestras rationariae l. 10.

*Pretore di Volpedo.*

Lunedì, 13 dicembre.

Nominarono pretore di Volpedo, pel futuro anno 1502, Giacomo Porro.

Addì 21 dicembre.

Ellesero ad ufficiali per l'anno prossimo: Al magistrato, Francesco da Premenugo. Alla tesoreria, Andrea Vicomercato. Alle munizioni, Francesco del Mayno. All'esattoria, Rodolfo Ghilio. Alle liste, Gerolamo Sansone. Alla cassina, Giacomo Plato. Al tiburio, Evangelista Biffi.

(1) Il vicolo delle Farine, che rasenta la piazza de' Mercanti, o broletto nuovo.

*Vicario arcivescovile:* Sebastiano Gilberto; suo luogotenente Gabriele della Croce.

*Vicario di provvisione:* Giacomo Crivelli; suo luogotenente Gio. Maria Dugnano.

*Ordinari:* Pietro Casola, Modesto Cusano, Taddeo Morone, Cristoforo del Pozzo e Gian Pietro Visconti.

*Avvocato:* Gian Giacomo Balsamo.

*Giusperiti di collegio:* Bernardino Crispo, Ambrogio de' Fiorenza, Gio. Antonio Martignone e Francesco Porro.

*Dei XII di provvisione:* Francesco Cajmo, Alvisio Cusano, Gio. Antonio Omodeo, Paolo Marliano, Bernardino Moresino, Signorino Morone, Teodoro Osio e Filippo Seregno.

*Deputati delle porte:* orientale, Filippo Bagaroto e Gio. Antonio Brebbia; romana, Giovanni Omodeo e Cristoforo Lampugnano; ticinese, Tomaso Brasca e Gio. Stefano Gallarate; vercellina, Gerolamo Lampugnano e Angelo Nicola Meraviglia; comasina, Gian Francesco Casate e Cristoforo Malombra; nuova, Gio. Antonio Pelizzone e Gaspare Vicomercato.

Addì 21 gennaio.

Magistro Christophoro de Solaro, pro resto manufacturae baculi s. Augustini et flagelli s. Ambrosii, l. 19.

*Migliorie e casa d'abitazione d'un Ordinario.*

Lunedì, 14 febbraio.

Deliberarono spendere l. 100 in miglioramenti della casa d'abitazione assegnata all'Ordinario Carlo Baldo.

*Papa Alessandro VI commette a due prevosti di Milano di procurare alla fabbrica l'esazione di tutte le cose sue.*

Addì 15 febbraio.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis s. Laurentii ac s. Mariae de la Scala Mediolani ecclesiarum praepositis salutem et apostolicam benedictionem. Significaverunt nobis dilecti filii magistri fabricae ecclesiae mediolanensis, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, fructus, redditus, proventus, terras, domos, vineas, possessiones, hortos, prata, ligna, vini, bladi, frumenti, auri, argenti monetati et non monetati quantitates,

tasseas, ciphos, coclearia, vasa aurea, argentea, aenea, cuprea, stannea, ferrea, lignea, pannos lineos, laneos, sericeos, vestes, jocalia, lectos, domorum utensilia, equos, oves, boves et alia animalia, libros, litteras, scripturas publicas et privatas, instrumenta, prothocola, instrumentorum imbreviaturas et alia documenta, debita, credita, legata, mutua, deposita, jura, jurisdictiones, pecuniarum summas et nonnulla alia mobilia et immobilia bona ad fabricam dictae ecclesiae legitime spectantia temere et malitiose occultare, et occulte detinere praesumunt, non curantes ea praedictis significantibus exhibere, in animarum suarum periculum et ipsorum significantium et fabricae non modicum detrimentum, super quo iidem significantes apostolicae sedis remedium implorarunt. Quo circa discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes hujusmodi fructuum, reddituum, proventuum, instrumentorum, prothocollorum, imbreviaturarum, litterarum ac scripturarum privatarum et publicarum, bonorumque aliorum praedictorum detentores occultos, ex parte nostra, publice in ecclesiis coram populo per vos vel alium seu alios moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis praefixeritis, ea praedictis significantibus a se debita



restituunt et revelent, ac de ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant; et si id non adimpleverint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeritis praefigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, et eam faciatis, ubi et quando expedire videritis, usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari. Quod si non ambo hiis exequendis poteritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Datum Romae apud s. Petrum, anno incarnationis dominicae 1502, 15 februarii, pontificatus nostri anno undecimo.

*Sign.* S. Portius.

M. De Arianis.

A. Draco.

A. Lacre.

*Cristoforo da Solaro scultore. Statue di Adamo ed Eva.*

Lupedi, 21 febbraio.

Ordinaverunt quod magister Christophorus de Solaro dictus Gobbus vadat ad prederias pro provisione marmoris pro figuris duabus magnis, videlicet Adami et Evae, brach. 24 vel ut fieri poterunt, et pro provisione ejus totius marmoris, quod erit necessarium pro figuris ab eo fiendis, et hoc una cum dominis Christophoro Malumbra et Johanne Francisco Casato deputatis.

*Papa Alessandro VI concede l'indulgenza plenaria pel compimento delle fabbriche della chiesa maggiore e dell'Ospital grande, rennando nel ducato Luigi XII di Francia.*

Addi 4 marzo.

Alexander episcopus, servus servorum Dei. Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Ecclesiarum praesertim metropolitanarum insignium et hospitalium, piorumque locorum quorumlibet fabricis, ac pauperibus languidisque ac miserabilibus personis manus adjutrices porrigere pium admodum et meritum, prout est, reputantes, nonnumquam Christifideles ad id indulgentiis et remissioni-

bus invitamus, ut per temporalia, quae propter ea erogaverint, et quae propterea non diminuuntur, aeternae felicitatis praemia de misericordia Dei consequi mereantur. Cum itaque, sicut accepimus, ecclesia metropolitana, ejusque myrifica fabrica, ac hospitale novum beatae Mariae Mediolani nuncupati, singulari quodam et sumptuoso ac magnifico opere, uti cunctis evidenter intuentibus innotescit, inchoata sint, et ad perfectionem fabricae tam ecclesiae quam hospitalis hujusmodi, nec non manutentionis hospitalitatis pauperum et infirmorum, aliarumque miserabilium personarum ad hospitale ipsum confluentium et in illo degentium, ac nutrimentum infantium in illo in magno numero expositorum pro tempore, fabricae ecclesiae et hospitalis praedictorum fructus non sufficient, sed sint Christifidelium suffragia quam plurimum opportuna; nos, cupientes ut ecclesia praedicta et capella dicti hospitalis, ad quas carissimus in Christo filius noster Ludovicus Francorum rex illustris, qui etiam Mediolani dux existit, ut similiter accepimus, singularem gerit devotionis affectum, congruis honoribus frequententur, et ecclesiae ac hospitalis praedictorum fabricae celeriter perficiantur, ac in dicto hospitali hospitalitas hujusmodi charitate manuteneatur et augeatur, ac pauperibus infirmis et expositis, et aliis miserabilibus personis praedictis pie subveniatur, ipsique Christifideles devotionis causa ad ecclesiam et capellam praedictas eo libentius confluant, et ad ecclesiae et hospitalis fabricas, nec non manutentionem hospitalis et subventionem hujusmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, vestigiis etiam felicitis recordationis Sixti papae IV praedecessoris nostri, qui eisdem Christifidelibus, ecclesiam et capellam praedictam visitantibus, similem indulgentiam concessit, inhaerentes, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui in praesenti anno a primis vesperis usque ad occasum solis ecclesiam praedictam, et deinde singulis annis, alternis vicibus, capellam praedicti hospitalis primo, et ecclesiam hujusmodi

anno ex tunc proxime subsequenti, et sic successive de anno in annum, in festo Annunciationis ejusdem beatae Mariae virginis, sub cuius invocatione etiam dicta ecclesia fundata existit, a primis vesperis usque ad occasum solis diei ipsius festi devote visitaverint, et ad fabricarum perfectionem ac hospitalitatis manutentionem, ipsorumque pauperum et expositorum subventionem hujusmodi manus porrexerint adjutrices, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem auctoritate apostolica elargimur. Et ut fideles ipsi indulgentiam hujusmodi comodius consequi valeant, venerabili fratri nostro archiepiscopo mediolanensi, nunc et pro tempore existenti, et eo absente, illius in spiritualibus vicario generali, deputandi aliquos confessores ydoneos presbyteros saeculares, vel cujusvis ordinis regularis, in numero sufficiente, de quo sibi videbitur, et deputatos amovendi, et alios eorum loco subrogandi, quotiens expedire cognoverit, de consensu tamen dilectorum filiorum deputatorum et magistrorum fabricarum hujusmodi, qui festi praedicti et octo illud immediate praecedentibus diebus, in ecclesia et hospitali praefatis, ad ecclesiam et capellam praedictas respective, pro hujusmodi indulgentia assequenda confluentibus, confessione eorum diligenter audita, pro commissis per eos excessibus et peccatis, quantumcumque enormibus, ac excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, in eos promulgatis, dummodo talia non fuerint, propter quae sedes apostolica sit merito consulenda, de absolutionis beneficio providere, ac poenitentiam salutarem injungere, nec non vota quaecumque per eos emissa, quae comode adimplere nequiverint, ultramarina nec non liminum eorundem beatorum Petri et Pauli, ac s. Jacobi Compostellae, ac continentiae, castitatis et religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeant, praedicta auctoritate facultatem concedimus per praesentes. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quibuscumque quae a nobis et sede praedicta, etiam ratione cujusvis Turcorum pressurae, seu quacumque alia de causa in futurum emanare contingat, suspensionibus indulgentiarum hujusmodi plenarum con-

cessarum tunc et concedendarum in genere vel in specie, sub quibus praesentes litteras et indulgentiam volumus non includi, ceterisque contrariis quibuscumque; praesentibus post viginti annos minime valituris (1).

Datum Romae apud s. Petrum, anno incarnationis dominicae 1502, kalendis martii, pontificatus nostri anno undecimo.

*Sign.* De Bomiel.

*Convento di s. Marco fuori delle mura.*

Giovedì, 14 aprile.

Essero a cappellano nella chiesa di s. Maria Secreta il venerabile frate Cornelio di Propera, sottopriore del convento di s. Marco fuori delle mura di Milano.

*Adesione al voto popolare per la nomina di un cappellano.*

Sabato, 11 giugno.

Essendosi i vicini della parrocchia di s. Maria Secreta querelati della nomina fatta dai deputati del frate Cornelio di Propera in cappel-

(1) A proposito del perdono del 25 marzo in Duomo, ecco una curiosa lettera di Giovanni Simonetta, lo storico, al duca:

« Illustrissimo signore mio. Benchè creda che la Signoria Vostra per altri soi servitori qui, serà avisata como sia passata la solemnità de questa indulgentia del domo; nondemeno parendome far mio debito l'avisio, como heri, et così hogi he stato gran numero de gente del ducato de Milano et altre citate et paese dela Signoria Vostra vicino, et pochi foresteri che non siano del paese dela Signoria Vostra, et è passata molto quietamente et senza alcuno scandalo nè inconveniente de furto nè de altro mancamento; et questo è stato in gran parte per la bona diligentia li ha usato el vostro capitano de justitia, quale he stato in persona heri dappoi che incomenzò la indulgentia, fin ad uno bono pezo de nocte, per quello son informato, et così tutto hogi, et li haveva mettuto bono ordine cum li soi fanti et alcuni provisionati de la Signoria Vostra. La offerta è stata circa quattro stara de moneta, et ducento pezi d'oro, che pono ascendere ala summa, per quello è stato estimato, da quattro fin in cinque millia libre. Me recomando ala Signoria Vostra.

Mediolani, 25 martii 1473.

Ejusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae fidelis servitor Johannis Symonetta. »

lano della cappella istituita dal fu Tomaso Grassi, vi nominarono il sacerdote Cristoforo de' Creppa.

*Frati carmelitani del monastero di s. Giovanni Battista fuori di porta nuova.*

Giovedì, 14 luglio.

Concedono il luogo e l'autorità di predicare nella chiesa maggiore, per l'avvento e la quaresima prossimi, ai reverendi frati carmelitani del convento di s. Giovanni Battista fuori di porta nuova di Milano.

*Cristoforo da Solaro. Gli accordano licenza di lavorare pel signor maresciallo di Francia.*

Lunedì, 1 agosto.

Potentibus nonnullis Gallis ex primoribus ipsorum, nomine magnifici domini marescalchi de Gallia, concedi debere licentiam magistro Christophoro de Solaro, dicto Gobbo, laborandi et faciendi medalias sex ex marmore dicto magnifico domino marescalco, affectantes mirum in modum dicto domino complacere, eidem magistro Christophoro licentiam per menses quatuor proxime futuros, praesenti computato, fecerunt dederuntque, ut dicto domino marescalco inservire possit in dictis medaliis conficiendis.

*Rimozione degli avelli degli Sforza, e sostituzione di sepolcri con lapidi.*

Giovedì, 18 agosto.

Oculos mentales ad elegantiam et ornamentum ecclesiae majoris volentes, ordinaverunt quod amoveantur illae omnes archae, quae sunt post altare majus in praefata ecclesia, in quibus positi sunt nonnulli ex familia Sfortiadum, et in loco earum fiant sepulcra cum marmoreo lapide supra, et titulis de eorum nominibus.

*Assegno annuo di vino a Cristoforo da Solaro, e salario giornaliero ad un suo aiutante.*

Giovedì, 20 ottobre.

Accondiscesero all'istanza di maestro Cristoforo da Solaro di dargli il vino una sol volta o due all'anno, anzichè giornalmente in boccali,

assegnandogli l'annua quantità di brente sei. E così pure assunsero lo scalpellino Gerolamo da Novara al servizio di esso maestro Cristoforo, col salario giornaliero di s. 8.

*Pretore di Volpedo.*

Lunedì, 7 novembre.

Elestero il pretore di Volpedo per l'annuo venturo nella persona di Donato Malecalciato.

Pro sagittis tribus aureatis, factis pro figura s. Sebastiani per magistrum Johannem de Marliano, l. 9.

Giovedì, 29 novembre.

Confermando la deliberazione precedente, ordinarono che si pongano nella parete della chiesa dietro l'altar maggiore gli epitafj in marmo di quei principi Sforza, i cui cadaveri sono sepolti nella chiesa stessa (1).

*Pallio fatto fare in Fiandra dagli scalpellini della fabbrica per l'altare dei ss. quattro Incoronati.*

Addì 8 dicembre.

Espongono gli scalpellini di aver fatto fare

(1) V. *Annali*, ecc., vol. II, sotto gli anni 1470-71-74-75-76. A quelle iscrizioni aggiungiamo quella che ricorda Lucia Trezena, madre di Francesco Sforza:

DEO OPT. MAX.

NOLITO MORES PATRIAM GENVS NEC REM  
INQUIRERE HOSPES; MANIBVS MEIS TANTVM  
LVCEM PRECARE; ORBI IPSA PROTVLI LVCEM  
VRBI QUIETEM SPHORTIAE DEDI MAGNO  
CVM MAXIMVM NATVM. QVID ASTRA, QVID VIRTVS  
POSSENT HIC OSTENDIT; PARENTEM AN AGNOSCIS  
ME LVCIAM FRANCISCI ET INCLYTVM QVEM ARMIS  
VRBS SENSIT ET FELICITATIS AVCTOREM  
NATA ANNOS . . . . OBII MCCCCL . XXI JANVARIJ

Anche diverse iscrizioni ai Visconti scomparvero; tra esse ricordiamo la seguente dettata dall'Alciato a Gian Galeazzo:

PRO TVMVLO PONE ITALIAM, PONE ARMA DVCEVSQVE  
ET MARE QVOD GEMINOS MVGIT AD VSQVE SINVS.  
ADDE HIS BARBARIEM CONANTEM IRRVMPERE FRVSTRA  
ET MERCEDE EMPTAS IN FERA BELLA MANVS.  
ANGVIGER AT SVMMO SISTENS IN CVLMINE DICAT:  
QVIS PARVIS MAGNVM ME SVPER IMPOSVIT?  
ANDREAS ALCIATVS I. C. M.

in Fiandra un bellissimo pallio d'arazzo (ex raza) per l'altare loro dei ss. quattro Incoronati, e che s'ingannarono sul calcolo del relativo importo, cui ora trovano essere maggiore di quello che avevano creduto, perciò non lo possono pagare del tutto, se non sono ajutati dai deputati. Questi, visto essere il pallio di ammiranda bellezza, contribuirono la somma di l. 25.

*Nicolò e Francesco, padre e figlio Piccinino, sepolti in Duomo.*

Non minorem postmodum habentes curam de capitaneis libertatis inclytæ urbis Medio-

Così più non si ha l'epigrafe di Filippo Maria Visconti, morto nel 1447:

CLEMENTISSIMVS ATQVE LIBERALIS  
INSVBRVM DOMINVS PHILIPPVS HIC EST.  
VICTIS REGIBVS VNICO DVOBVS  
QVI BELLO MANICASQVE COMPEDESQVE  
LEVARI IVBET IN SVASQVE ABIRE  
DONATOS OPIBVS LVCVLLIANIS  
SEDES ET SVA REGNA LIBERATOS  
TETRO CARCERE. DISCITE HINC TIRANNI  
SVNT HAEC MVNERA PRINCIPVM SVPERBOS  
DEBELLARE PIOS ET ESSE VICTIS.

Il Giovinio dice che Filippo Maria non ebbe in Duomo sepolcro di marmo, essendo riposto in una cassa di legno, coperta di panno d'oro, sospesa da travi sopra l'altar maggiore nell'alto coprimento della volta. L'iscrizione era infissa inferiormente nella parete. Colla tomba di questo duca stavano pure quelle dell'avo Galeazzo, di Giovanni Maria suo fratello, Bianca Maria sua figlia, Galeazzo e Gian Galeazzo Sforza, Massimiliano e i due Franceschi, Alfonso d'Avalos ed altri.

lani defunctis, quam habitum est de gente Sfortiada, ordinatum est quod fiant epitaphia pro Nicolao Pizinino et Francisco ejus filio, in ecclesia majore sepultis, in marmore, ut ipsis Sfortiadis factum est (1).

Addì 12 dicembre.

Magistro Johanni Jacobo Dulcebono, inginiario fabricae, pro solutione robariae sibi factae tempore detentionis ducis Ludovici, et hoc a famulis comitis Ludovici Bonromaei, cum ibi esset in servitiis fabricae pro provixione marmoris, l. 30.

Addì 15 dicembre.

Johanni Georgio Borsano, pro remotione archarum quae erant post altare majus et chadaverum Sfortiadum, quae erant in eis deposita, l. 4, s. 10.

Addì 21 dicembre.

Confermati gli altri ufficiali, nominarono pel 1503 i seguenti:

Alla tesoreria, Antonio Fedeli.  
Alle liste, Ludovico Castiglioni.  
Al tiburio, Luchino Conti.

(1) Non rimane che la modesta iscrizione ai due Piccinini, riferita a pag. 157 del vol. II degli *Annali*. Epitafj poetici a Nicolao ne scrissero anche Francesco Filelfo e Antonio Pessina, manoscritti nell'Ambrosiana, forse inediti.

*Vicario arcivescovile:* Sebastiano Gilberto.

*Vicario di provvisione:* Giacomo Crotto.

*Ordinarj:* Carlo Baldo, Pietro Casola (1), Modesto Cusano, Taddeo Morone e Gian Pietro Visconti.

*Consultore:* Gian Giacomo Balsamo.

*Procuratore:* Gian Francesco Cagnola.

*Deputati delle porte:* orientale, Filippo Bagaroto e Simone Moresino; romana, Gian Antonio Omodeo e Cristoforo Lampugnano; ticinese, Gian Antonio Bossi e Gio. Stefano Gallarate; vercellina, Francesco Ghisolfo e Gerolamo Lampugnano; comasina, Francesco Casato e Ludovico Vicomercato; nuova, Gian Giacomo Crivello e Gio. Antonio Pelizzone.

*Disegno della porta laterale verso Compito.*

Giovedì, 23 febbraio.

Accitis ad senatum venerandae fabricae infrascriptis magistris et viris peritis et in pictura et architectura, ut electio designi pro porta versus Compedum inchoanda fieret, videlicet spectabili domino Facio Cardano, praesbytero Symone de Sirturi, Caradosio, magistro Johanne Molteno, Brammantino, magistro Maffiolo Gussiano, magistris Bartholomaeo Briosco, Jo. Antonio Homodeo, Jo. Jacobo Dulcebono, Christophoro de Solaro et Andrea de Fusina, multis ac quidem variis hic indè dictis super nonnullis designis antiquis ibi productis, tandem de consensu praefatorum dominorum deputatorum et suprascriptorum peritorum, ut supra, electum est designum unum valde mirum, cum piramide una elegantissima in medio, in formam vestibuli portae, ascendente ad cacumen fornix magni praedictae ecclesiae, super quo designo ordinavit senatus, quod magistri Jo. Antonius Homodeus et Jo. Jacobus

(1) È l'autore del *Rationale Caeremoniarum Missae Ambrosianae*, e di altre operette liturgiche, rituali e storiche. Dotto più che noi comportasse la consuetudine del clero a' suoi tempi, diresse le due edizioni del 1490 e 1492 del breviario ambrosiano, rivedute su antichi codici, e che portano il suo nome, non che quella delle *Rogazioni tri-duane* del 1494. Stese una diffusa relazione del suo viaggio, intrapreso appunto nell'anno or nominato, a Gerusalemme, stampata poi in Milano nel 1835.

Dulcebonus facerent modellum unum ex lignamine pro dicta porta, imitando pro viribus dictum designum, et similiter facerent magistri Christophorus de Solaro et magister Bartholomaeus de Briosco.

Lunedì, 27 febbraio.

Ordinarono che anche maestro Andrea da Fusina faccia un modello di detta porta.

*R. Placito per la pubblicazione dell'indulgenza.*

Sabato, 11 marzo.

Avuta con molto garbo notizia delle bolle di papa Alessandro, di nuovo concedente l'indulgenza plenaria, alternativa coll'Ospitale maggiore, ordinarono che prima d'ogni cosa si presentino le bolle al reverendissimo signor presidente ed al gran cancelliere regio, e se ne ottenga licenza di pubblicarle secondo il solito, per poi suonare le campane, se essi lo permetteranno.

*Rimunerazione al vescovo di Bobbio per l'opera prestata per ottenere le bolle d'indulgenza.*

Venerdì, 21 aprile.

Onde rimeritare il reverendo Battista Bagaroto vescovo di Bobbio, per la sollecitudine e diligenza, con cui si prestò onde ottenere le bolle d'indulgenza per vent'anni, ordinarono gliisiano date 12 braccia di saglia drappata di seta rosa.

*Predicazione concessa ai frati dell'Incoronata.*

Giovedì, 11 maggio.

Concessero il luogo per predicare in Duomo ai reverendi padri del monastero di s. Maria Incoronata dell'ordine degli Eremitani dell'osservanza di s. Agostino, per tutto l'anno e per la quaresima ventura.

*Podestà di Volpedo.*

Elestero podestà di Volpedo per un anno Antonio de' Civigali di Brescia.

*Cristoforo da Solaro lavora per Simone Crotto.*

Giovedì, 1 giugno.

Concessero a Cristoforo da Solaro licenza di lavorare per un mese per Simone Crotto.

*Retribuzione. Raguaglio del grossone.*

Lunedì, 19 giugno.

Ordinarono di pagare a Gian Giacomo Balsamo, avvocato della fabbrica, grossoni 200 da s. 23 cadauno, per essere andato nel Monferato a recuperare i beni ereditati da Giorgio del Carretto, che prima erano usurpati dai deputati dell'ospitale di s. Spirito di Casale.

Giovedì, 22 giugno.

Magistro Nicholao de Aplano, pictori, l. 15, s. 7 imp., pro pictura camini positi in sala audientiae dominorum deputatorum, et pro coloribus per eum positus in pingendo dictum caminum.

Marco Antonio, organistae teutonico, l. 20

imp. pro incordando et aptando organum parvum praedictae majoris ecclesiae.

*Fusione di campana*

*ordinata a Gerolamo de' Busca, detto Giochino.*

Giovedì, 30 aprile.

Ordinatum fuit quod fiat nova campana super campanile praefatae majoris ecclesiae, ceteris minor, cum aliis campanis ipsius campanilis conformans, et alia campana parva super horologio Campisancti praefatae fabricae, per magistrum Hieronymum de Buschis dictum Giochinum.

*Arbitramento demandato*

*ad una commissione di deputati.*

Giovedì, 7 maggio.

Rimisero ad una commissione composta di deputati il definire la vertenza insorta fra maestro Gerolamo Della Porta, ingegnere della fabbrica, e Bassiano de' Ponti detto da Lodi, circa il prezzo di certa quantità di marmo della fabbrica, fornita ad esso Bassiano per costruire il suo sepolcro in marmo nella città di Lodi.

Addi 12 maggio.

Magistris Johanni Stephano de Scotis et Johanni Francisco de Niguarda, pictoribus, l. 350 imp. pro emendo aurum, et super eorum mercede adorandi et ornandi angelos et alias figuras ac capcelum existentem supra et a lateribus altaris arboris praefatae majoris ecclesiae.

Alli 19 giugno altre l. 250.

Alli 14 settembre altre l. 100.

Addi 12 giugno.

Magistro Ambrosio de Cisate l. 10 imp. pro friziis tribus araminis adorati cum certis ligaturis in petiis sex, per eum factis pro ponendo ad figuram s. Sebastiani noviter factam ad schalam tiburii praedictae majoris ecclesiae.

*Gli scalpellini Ambrogio Vitudone, Nicola da Merate, Gian Pietro da Osio, Pier Antonio de' Medici, Gian Giacomo da Bergamo, Francesco da Giussano e Gian Giacomo da Briosco vanno a lavorare nella chiesa di s. Nazaro per Gian Giacomo Trivulzio.*

Lunedì, 6 luglio.

Acconsentendo alla domanda di Gian Giacomo Trivulzio (1), concessero licenza di andare a lavorare in certa opera, incominciata nella chiesa di s. Nazaro per ordine dello stesso Trivulzio, ai maestri scalpellini della fabbrica, Ambrogio Vitudone, Nicolao da Merate, Gian Pietro da Osio, Pier Antonio de' Medici, Gian Giacomo da Bergamo, Francesco da Giussano e Gian Giacomo da Briosco, da ora fino alla prossima Pasqua.

*Michele da Merate, scultore di somma abilità.*

Fino dall'anno 1515 furono espulsi dal servizio della fabbrica alcuni scalpellini in causa di insulti da essi fatti a Nicola Marzola scalpellino, con grandissimo spargimento di sangue. Passato molto tempo, ne riammisero alcuni, e fra gli altri, Michele da Merate, stante la sua buona condotta, e specialmente la somma sua abilità nella scultura delle statue.

*È concessa licenza agli scalpellini Gian Giacomo de' Sangallo, Gian Pietro ed Ambrogio da Bornago ed Ambrogio Panere di lavorare ad una porta di marmo nella casa di abitazione in Milano del regio luogotenente Odetto di Foix signore di Lautrech.*

Lunedì, 13 luglio.

Instante quodam nuntio illustrissimi domini dom. Odeti de Fois domini de Leutrecht, regii locumtenentis generalis citra montes, concessa fuit licentia Johanni Jacobo de Sancto Gallo, Johanni Petro de Bornago, Ambrosio de Bornago et Ambrosio Panere, lapicidis praefatae

(1) Il famoso maresciallo. Di fianco alla basilica di s. Nazaro havvi il mausoleo colle arche di molti di quella famiglia e del maresciallo, sul cui avello è scritto: QUI NUNQUAM QUIEVIT QUIESCIT. TACF.

fabricae, et omnibus illis aliis lapicidis praefatae fabricae, quibus opus fuerit praedicto domino locumtenenti, eundi ad laborandum in faciendo quamdam portam marmoream sediminis praefati illustrissimi domini dom. locumtenentis, siti in porta vercellina Mediolani, et hoc donec porta ipsa erit completa, servatis tamen praefatae fabricae ordinibus.

*Francesco da Briosco, scalpellino.*

Giovedì, 27 agosto.

Richiedendolo il magnifico Gian Giacomo Trivulzio, concessero a Francesco da Briosco di andare a lavorare nella chiesa di s. Nazaro, come avevano già concesso ad altri nel giorno 6 luglio prossimo passato.

Addi 19 settembre.

Magistro Nicholao de Marzola lapicidae l. 45 imp., occasione laborerii per eum facti pro ponendo in opere in quadro alias inchoato per quondam magistrum Andream Candianum.

*Relazione e proposta al Senato per togliere l'ognora crescente prezzo e scarsità delle legna.*

Giovedì, 8 ottobre.

Richiestasi dal Senato una relazione alla rappresentanza dei Luoghi Pii per l'ognora crescente carezza e scarsità delle legna, i deputati presentarono il loro parere nei seguenti termini:

Quod ligna in genere suo vendantur ad numerum in pondere et mensura juxta solitum, imposito per offitium provisionum pretio secundum lignorum genus, habito respectu ad augmentum monetarum tantum, secundum ordines editos sub illustrissimo domino dom. Galeazio Maria Sfortia duce Mediolani, existente vicario provisionum domino Christoforo Perusino de Pisauro. Nam dux ille gloriae et utilitati vectigalium suorum inserviens, optime patrisfamilias munus amplectens, nihil magis animadvertibat, quam quod civitas haec populosissima omnium, quae ad victum hominis pertinent, abundaret; voluitque omnibus

ad hanc civitatem, ab aliis civitatibus, terris et oppidis dictioni suae, subjectis, feudatariorumque suorum, victualia conducere volentibus liberum semper patere aditum, tamquam a moenibus cordi status succurrere obnoxii; curavit insuper quod navigia, scilicet Ticini et Verbani lacus, ac alterum Adduae, apta ad continuam navigationem permanent; in quibus omnis abundantia, et, ut ita dicamus, omnis salus hujus civitatis consistit, ac sine ipsis impossibile esset tantum populum hic permanere. Quae omnia, a morte ipsius citra, injuria offitium, multum neglecta sunt. Posset etiam caritas haec lignorum, aliorumque ad victum hominis necessariorum, accidere ob quorundam civium avaritiam, qui, inita societate, alii quasi omnia nemora et ligna, non solum in mediolanensi, sed etiam in novariensi agro, ad multos annos conducunt, obsidentque lignatu civitatem, ut ad eorum libitum pretium imponatur; alii conductis quasi omnibus praediis prativis, vel saltem melioribus, caritatem foeni ad eorum voluntatem inducunt, a qua et carni et casei et laticiniorum caritas deinceps provenit, cui morbo, nisi occurratur, incassum ceteri ordines fient, quae medella aliunde quam a regia potestate haberi non potest.

Addi 30 ottobre.

Magistris Baptistae de Bossiis, Bernardino Bregognono et Johanni Francisco de Niguarda, pictoribus, l. 100 imp. pro emendo aurum et colores diversos pro ornando figuras altaris arboris praefatae majoris ecclesiae.

*Retribuzione per una messa settimanale.*

Giovedì, 19 novembre.

Elessero il sacerdote Pietro de' Panceri capellano per la celebrazione di una messa settimanale col salario di l. 8 imp. all'anno.

*Battista da Parigi,*  
*scultore ornatista di somma perizia.*

Lunedì, 23 novembre.

Admissus fuit magister Baptista de Parisiis ad laborandum de floretis et quadris et foliamentibus subtus cassinam, attenta ejus maxima in arte praedicta peritia.

*Andrea Alciato, giureconsulto.*

Lunedì, 14 dicembre.

Ordinatum fuit quod mutuo concedantur spectabili et clarissimo juris utriusque doctori domino Andreae Alciato illi quatuor libri, quos ipse proximis diebus, facta diligenti perscrutatione, delegit ex libris bibliothecae praefatae fabricae, existentibus in camera cancellariae praefatae fabricae; et hoc in duabus vicibus, videlicet duo ex ipsis libris pro qualibet vice, et datis duobus, quod alii duo non dentur, nisi prius restituti duobus primis; et quod fiat nota quinternorum et foliorum ipsorum librorum, antequam dentur ipsi domino Andreae; et hoc instante magnifico juris utriusque doctore domino Hieronymo Archinto, altero ex praedictis dominis deputatis.

*Pretore di Volpedo.*

Giovedì, 17 dicembre.

Confermarono pretore di Volpedo il giusperito Filippo de' Proveria.

Lunedì, 21 dicembre.

Nominarono ufficiali per l'anno seguente:  
Al magistrato, Gio. Enrico degli Arzago.  
All'esattoria, Gio. Andrea de' Camporagno.  
Alle munizioni, Gio. Angelo Crivello.  
Alle liste, Gian Battista da Lodi.  
Alla sovrastanza della cassina, Battista de' Binda.  
Alla sovrastanza del tiburio, Evangelista de' Biffi.

*Vicario della curia arcivescovile:* Roffino Bellingeri.

*Vicario di provvisione:* Bernardo Crivello; suo luogotenente Giacomo Calcaterra; ai 12 novembre, Gio. Azzone Reyna.

*Ordinari:* Carlo Baldo, Andrea Capra arcidiacono e Gio. Stefano Olgiato.

*Avvocati:* Pietro de' Novate e Gregorio Panigarola.

*Dottori di collegio:* Francesco della Croce juniore, Rizzardo de' Cusano, Lodovico de' Gallarate, Giovanni de' Nava, Francesco de' Reyna ed Ercole Visconti.

*Dei XII di provvisione:* Gerolamo Archinto, Benedetto e Gio. Antonio Castiglione, Bernardo de' Conti, Gian Pietro Cusano, Francesco Peregallo, Lodovico Settala, Alessandro Simonetta, Gaspare Trivulzio, cavaliere Alfonso e Lodovico Visconti.

*Deputati delle porte:* orientale, Paolo Marliano e Rodolfo Vincemala; romana, Alvisio de' Brugga e Bernardino Trivulzio; ticinese, Gian Giacomo Barzi e Polidoro de' Conti; vercellina, Gian Ambrogio Moriggia; comasina, Gian Pietro Tanzi; nuova, Gian Giacomo Crivelli e Bernardino de' Vegii.

Lunedì, 18 gennaio.

Audito spectabili doctore domino Ludovico de Ciconiis, dicente nomine comunis et hominum Vulpeculi praefatae fabricae, quod propter depraedationes factas et maxima incendia illata ipsis hominibus et dictae terrae Vulpeculi, tempore ducis Maximiliani, ipsi homines, seu major pars eorum, coacti sunt locum praedictum Vulpeculi deserere, et ad vicinia loca confugere, adeo ut nec bonorum suorum redditibus perfrui potuerint, requirente dictis nominibus remissionem debiti, quod ipsi homines habent cum praefata fabrica, occasione annui census omni anno debendi praefatae fabricae per ipsos homines, et hoc saltem pro illo tempore, quo bonorum suorum proventibus privati extiterunt; praefati autem domini deputati, facto prius de more scrutinio, collectisque vocibus, ordinauerunt et ordinant persistendum esse in ordinatione facta in consilio praefatae fabricae de anno proxime praeterito (1), praemissa de causa.

(1) Condonarono cioè al comune di Volpedo un terzo del debito.

*Lo scultore Ambrogio da Montenegro*  
*è posto a riposo con metà paga.*

Giovedì, 28 gennaio.

Ordinarono porre in quiescenza colla metà paga maestro Ambrogio da Montenegro, scultore di statue, diventato vecchio ed impotente al lavoro per la fabbrica, cui attese fino dai più teneri anni.

*Breve di papa Leone X per l'indulgenza*  
*del 25 marzo.*

Addi 6 febbraio.

Leo papa X. Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Desiderantes fidelium omnium animas lucriferi Deo, fideles ipsos ad pia et meritoria opera spiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus, frequenter invitamus, ac tempora pro indulgentiis ipsis consequendis deputata interdum prorogamus, prout animarum eorundem saluti cognoscimus expedire. Dudum siquidem postquam felices recordationis Alexander papa VI

praedecessor noster omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam mediolanensem primo, et deinde singulis annis alternis vicibus capellam hospitalis magni beatae Mariae nuncupati mediolanensis et ecclesiam hujusmodi in festo Annuntiationis ejusdem beatae Mariae virginis, a primis vesperis usque ad occasum solis ipsius festi, devote visitarent, et ad illorum fabricae perfectionem ac hospitalis manutentionem, nec non pauperum et expositorum in ipso subventionem manus adiutrices porrexerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem per suas litteras ad viginti annos duraturas elargitus fuerat; ac archiepiscopo mediolanensi pro tempore existenti, et eo absente, ejus in spiritualibus vicario generali, aliquos confessores ydoneos presbyteros saeculares vel regulares, quot sibi videretur, qui festi praedicti et octo immediate praecedentibus diebus, ad ecclesiam et capellam praedictas respective, pro hujusmodi indulgentia consequenda confluentibus, confessione eorum diligenter audita, pro commissis per eos excessibus et peccatis, quantumcumque enormibus, dummodo talia non forent, propter quae sedes apostolica esset merito consulenda, de absolutionis beneficio providere ac poenitentiam salutarem injungere, nec non vota quaecumque, quatuor majoribus exceptis, in alia pietatis opera commutare possent, deputandi facultatem concesserat. Et deinde piae memoriae Pius III et Julius II romani pontifices praedecessores nostri indulgentiam et facultatem ac litteras, per dictum Alexandrum praedecessorem concessas hujusmodi, per diversas eorum litteras approbaverunt et innovaverunt; ac successive nos indulgentiam et litteras praedictas ad biennium per quasdam extenderamus et prorogaveramus; cum licet a data litterarum nostrarum praedictarum biennium elapsum fuisset et esset, et dictum festum Annuntiationis beatae Mariae semel dumtaxat occurrisset, nos festum Annuntiationis beatae Mariae ultimo elapsum in dicto biennio per nos prorogato, et sub litteris nostris praedictis comprehensum esse et comprehendi debere per alias nostras litteras in forma brevis decrevimus et declaravimus, prout in eisdem litteris plenius con-

tinetur. Nos igitur hospitalis et pauperum ac expositorum necessitatibus, nec non Christifidelium praedictorum animarum saluti per amplius consulere volentes, plenariam indulgentiam et facultatem deputandi confessores, ut praefertur, ac litteras praedictas ad festum Annuntiationis beatae Mariae proxime futurum, ita ut Christifideles vere poenitentes et confessi, qui capellam hospitalis hujusmodi in ipso festo Annuntiationis beatae Mariae proxime futuro, a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem festi, devote visitaverint, et ad supportationem onerum hospitalis hujusmodi manus adiutrices porrexerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem hujusmodi consequantur et consequi possint, auctoritate nostra tenore praesentium extendimus et ampliamus, praesentibus, quas sub quibusvis suspensionibus seu revocationibus similium vel dissimilium indulgentiarum etiam in favorem fabricae principis apostolorum de urbe ac cruciatae contra infideles, etiam consideratione charissimi in Christo filii nostri Francisci Francorum regis christianissimi et Mediolani ducis, et ex quacumque causa a praefatis praedecessoribus et successive a nobis sub quibusvis verborum formis et clausulis hactenus emanatis et in posterum emanandis nullatenus, nisi de singulorum praedictorum et nostris praedictis ac praesentibus litteris et singulis eorum datis plena, expressa et individua, non autem per clausulas generales, etiam idem importantes, mentio facta fuerit, nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas existere, et Christifidelibus praedictis suffragari debere decernimus. Post festum praedictum Annuntiationis beatae Mariae proxime futurum minime valituris.

Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris, die 6 februarii 1518. Pontificatus nostri anno quinto (1).

*Sign. Evangelista.*

Addi 20 marzo.

Magistris Johanni Stephano de Scotis et Johanni Francisco de Niguarda, pictoribus, l. 208, s. 10 imp., pro completa solutione auri per eos

(1) Fu rinnovato questo breve il 4 marzo 1521.

empti et positi circa ornatum angelorum et aliarum figurarum et capceli, existentis supra et a lateribus altaris arboris (1) praedictae majoris ecclesiae, et etiam pro completa solutione eorum mercedis ornandi et adorandi dictos angelos et alias figuras, capcelum et alia ornamenta, existentia circa dictum altare arboris.

Lunedì, 22 marzo.

Rinnovarono a maestro Francesco da Briosco, scultore in statue, licenza di andare a lavorare nella chiesa di s. Nazaro in brolio, per le opere che vi si fanno fare dall'illustrissimo Gian Giacomo Trivulzio.

Addi 30 marzo.

Magistro Pasino de Mollo, lapicidae, l. 189 imp., occasione restantis augumenti seu suprapluris, quod fieri debet laborerio per eum facto pro usu fabricae, quod positum fuit in quadro alias per ipsum inchoatum.

Magistris Baptistae de Bossiis, Bernardino Bregognono et Johanni Francisco de Niguarda pictoribus, l. 125 imp. pro emendo aurum et colores diversos pro ornando figuras altaris arboris praefatae majoris ecclesiae.

Lunedì, 19 aprile.

I deputati dell'Ospital maggiore, stante le urgentissime necessità del Luogo Pio, chiedono a mutuo dalla fabbrica la somma di l. 4000. Deliberarono accondiscendere, a patto che vengano restituite pel principio d'agosto.

*Absoluzione dalle censure incorse dalla città pel favore accordato a Lodovico il Bavaro e all'antipapa.*

Addi 12 maggio.

Leo episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sedes apostolica pia

(1) A quanto si è già detto a pagina 176 in proposito, aggiungiamo che nell'antico elenco di altari, altrove ricordato, si vede annoverato l'« altare subtus organum majus, sub titulo ss. Jacobi et Philippi apostolorum ac B. Virginis Mariae, nuncupato *del Albore*, cum tribus stantibus ligneis deauratis beatae Mariae et apostolorum, cum invetriata ante. » Esso era collocato lungo il lato settentrionale del tempio.

mater recurrentium ad eam post excessum cum humilitate filiorum statui libenter consuere, eorumque votis favorabiliter annuere consuevit, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sane exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum vicarii, sindici ac populi civitatis mediolanensis petitio continebat, quod alias, jam annis fere centum et octuaginta decursis, tunc rectores populi et communitatum civitatis praedictae ac districtus mediolanensis a felicis recordationis Benedicto papa XII praedecessore nostro beneficium absolutionis ab omnibus censuris et poenis ac reatibus, nec non abolitionis infamiae, quos occasione favoris et adhaerentiae, ac etiam pecuniariorum subsidiorum et auxilii, non tamen in aliqua haeresi, praestitorum Ludovico de Bavaria, tunc pro imperatore se gerenti, et antipapae Petro de Corbaria scismatico (1) et eorum sequacibus et adhaerentibus, praesertim Mathaeo et ejus filio Galeatio Vicecomitibus, tunc dominis Mediolani, dictae sedi rebellibus, ac etiam talliarum et onerum propria auctoritate impositorum in dicti Ludovici auxilium, et praesertim pro exactione a personis ecclesiasticis contra libertatem ecclesiasticam violenter facta, aut invasione locorum romanae ecclesiae, incurrerant et contraxerant, liberalissime obtinuerunt, et pro hujusmodi absolutionis beneficio se obligarunt jurare, quod parerent mandatis hujus rei causa sibi imponendis; et quod aliqua onera personis et locis ecclesiasticis non imponerent nec exigerent, quin immo illas et illa in suis juribus ac libertatibus deffenderent, et si aliquae exactiones exactae fuissent, ut restituerentur et revocarentur curarent, ac eosdem ecclesiasticos, ut libere procederent, su-

(1) Era dell'ordine dei Minori della provincia dell'Abbruzzo e preso il nome di Nicolò V. Fatto papa, tosto creò sette cardinali, tra cui l'abate di s. Ambrogio in Milano. I fatti accennati in questa bolla diedero origine alla costruzione dell'altare di s. Benedetto in Duomo, di patronato della città, di cui trovasi menzione in questi *Annali*, sotto il 19 agosto 1453 e 24 novembre 1465, e sovente negli atti della fabbrica. In un vecchio elenco, compilato nel 1566, degli altari del Duomo, ricordasi tuttavia l'« altare s. Benedicti magnificae Communitatis Mediolani cum ancona lignea, cum cruce magna ex panno rubeo, cum statua Christi, cum cruce marmorea sine invetriata, » posto nel fianco settentrionale della chiesa.

per illis non impedirent; et quod ex tunc de cetero similia non committerent, ac pontificibus romanis canonice intrantibus et sanctae romanae ecclesiae fideles et devoti existerent; nec non Ludovico praedicto et aliis per ipsam ecclesiam damnatis auxilium non praestarent; nec alium quempiam sub imperatoris et Romanorum regis nomine, priusquam esset per sedem praedictam approbatus, receptarent; et quod credere ad imperatorem spectare papam facere vel deponere haereticum crederent, ac haereticos et scismaticos dicta ecclesia notatos expellerent, nuntios dictae ecclesiae curialiter reciperent, ecclesias et ecclesiasticas personas ac eorum loca et jura defendere nec illa usurparent, sed tunc usurpata si quae fuissent restituerent, nec fructus ecclesiasticos per easdem ecclesiasticas personas percipi solitos impedirent; inimicos universitatum pacem recusantes non procurarent, bona et jura quaecumque dictae ecclesiae ac personas eidem ecclesiae subjectas non offenderent nec caperent, salvo jure principalium suorum et cum moderamine inculpatae tutelae; et quod poenitentias sibi injunctas exequerentur, ac promissa omnia ratificarent, quodque de juramento et ratificatione hujusmodi publicum instrumentum infra certum tunc expressum terminum conficerent, et infra duos menses sedi praedictae realiter praesentarent, et quod nisi infra assignatum terminum hujusmodi omnia eis mandata, et pro poenitentia salutari injuncta in memoriam tanti beneficii per instrumentum ratificarent et executioni demandarent, ac hujusmodi instrumentum dictae sedi praesentarent, et similiter duas capellas sub invocatione s. Benedicti, decenter construerent, ac paramentis et jocalibus ornarent, et pro sustentatione duorum capellanorum et ministrorum infra certum tunc expressum tempus sufficienter dotarent, ac in festo s. Benedicti, voce praeconia praemissa, ipsi rectores et populus ad altare majoris aut beati Ambrosii ecclesiarum singulis annis in perpetuum ad missam convenirent, et inibi verbum Dei, in quo praemissorum memoria haberetur, proponi facerent, ac pro elemosina de duobus millibus panibus duodecim unciarum pauperibus distribuendis redditus annuos emerent; pro praemissis omnibus et singulis contrafacientes vel executioni ejusmodi

non mandantes singulares personae excommunicationis, et communia ac populus hujusmodi eo ipso interdicti ecclesiastici ac poenis et censuris in litteris ejusdem Benedicti praedecessoris contentis subjacerent, prout in eisdem litteris et aliis publicis documentis desuper confectis dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, de ratificatione et instrumenti transmissione hujusmodi ac plena executione et observatione praemissorum tam propter temporis diuturnitatem, quam etiam bellorum turbines, qui post obitum dicti Benedicti praedecessoris in partibus illis viguerunt, aliter clare non constet, credaturque tam ea vel eorum aliquam partem aliquandiu facta et adimpleta fuisse, praesertim cum unum in majori et alterum in beati Ambrosii ecclesiis sub invocatione s. Benedicti hujusmodi extent altaria, hujus rei causa constructa et paramentis munita, ac annuis redditibus triginta florenorum monetae mediolanensis pro qualibet sustentatione dictorum capellanorum inibi celebrantium dotata; et similiter singulis annis in festo beati Benedicti ad alterum eorumdem altarium vicarius provisionis mediolanensis cum aliquibus ex personis communitatis et absque populi praesentia seu convocatione conveniat ad audiendam missam, in qua brevis sermo et elemosina fiunt, quamvis neque haec nec alia hujusmodi nunc forsitan juxta modum et formam dictarum litterarum observentur, nec populus ad missam praedictam convenerit, nec de praesenti conveniat, credaturque haec et multa alia propter diuturnitatem et bella hujusmodi ac adversos casus, quos dicta civitas sustinuit, defecisse, pro quibus omnibus et singulis probabiliter dubitetur, civitatem hujusmodi et communia illius districtus ac populum et singulares personas ac rectores hujusmodi perjurii reatum ac inhabilitatem et infamiam, nec non excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque censuras et poenas incurrisse, juxta praedictarum litterarum formam et tenorem; et pro rectorum et populi praedictorum parte nobis fuerit humiliter supplicatum, ut populum hujusmodi et singulares personas etiam defunctas a dictis sententiis, censuris et poenis absolvere, ac eorum animarum saluti in praemissis consulere, et quae in praemissis defecerunt, pro fa-

ctis habere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos vicarium ac syndicum ac singulares personas communitatis hujusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, ac litterarum praedictarum tenorem praesentibus pro sufficienter expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica tenore praesentium omnes et singulas tam vivas et quae viventes, si petissent, absolvi poterant, etiam defunctas civitatis et districtus ac diocesis mediolanensis personas, etiam si contra mandata Benedicti praedecessoris, ac juramenta per eos praestita hujusmodi, etiam si pluries et iteratis vicibus etiam ex contemptu venissent, a perjurii reatu ac excommunicationis aliisque sententiis, censuris et poenis praedictis absolvimus, et quaecumque etiam specialia interdicta apostolica praemissorum occasione, etiam iteratis vicibus in civitate et districtu ac diocesi praedictis imposita, relaxamus, et cum personis ecclesiasticis civitatis et districtus ac diocesis hujusmodi tam saecularibus quam regularibus super irregularitate, si quam censuris hujusmodi ligati, et in eis per plures annos insorduerint, missas et alia divina officia, non tamen in contemptum clavium celebrando aut alias in illis immiscendo, quomodolibet contraxerunt, dispensamus, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam sive notam circa ipsas personas propter praemissa quomodolibet insurgentem penitus et omnino abolemus, et quoscumque per eos et earum quamlibet alias rite celebratos actus confirmamus et approbamus, et quaecumque ex praemissis nullo modo aut minus plene executioni demandata hactenus fuere, pro factis et sufficienter executis habemus; quodque vicarius, syndicus et populus civitatis mediolanensis diocesis duos capellanos, quorum quilibet inibi saltem ter in ebdomada missam celebret ad dicta duo altaria, habere, et cuiuslibet capellano redditus annuos triginta florenorum monetae hujusmodi, si nondum assignati

existant, assignare; et vicarius provisionum ac syndici communitatis hujusmodi pro tempore existentes annis singulis, justo impedimento cessante, in festo s. Benedicti, voce praeconia praemissa, ad unum ex dictis altaribus convenire, et inibi missam ac sermonem juxta solitum audire, ipseque vicarius de paramentis, libris, calicibus, ceterisque ornamentis ecclesiasticis, pro missarum celebratione inibi necessariis, arbitrio archiepiscopi mediolanensis seu ejus vicarii in spiritualibus generalis pro tempore existentis, providere debeant, et ad id ipse vicarius provisionum per archiepiscopum seu ejus vicarium praedictum, etiam sub poenis et censuris ecclesiasticis, cogi et compelli possit; ipseque vicarius provisionum elimosinam duorum millium panum hujusmodi in sustentationem pauperum infirmorum hospitalis magni dictae civitatis convertere et applicare libere et licite valeat; et rectores, vicarius, populus, communia et personae hujusmodi vel eorum aliquis ad aliquid aliud ex oneribus praedictis faciendum, supplendum vel reficiendum praemissorum occasione minime teneantur nec obligati existant, statuimus et ordinamus; et nihilominus dilectis filiis vicariis venerabilium fratrum nostrorum archiepiscopi mediolanensis et laudensis ac cumani episcoporum in spiritualibus generalibus per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra praesentes literas, ac omnia et singula in eis contenta, plenum effectum sortiri, illisque vicarium provisionum ac syndicum et communitatem praedictos et quascumque personas quas concernunt, pacifice frui et gaudere; non permittentes eos vel eorum aliquem contra praemissorum tenorem aliquo modo molestari, contradicentes quoscumque et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia juris remedia appellatione posposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto ejusmodi mentionem. Volumus au-

tem quod singulares personae hujusmodi poenitentiam, quam confessor per eorum quemlibet ad hoc eligendus eis duxerit propterea injungendam, omnino adimplere teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, relaxationis, dispensationis, abolitionis, confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, mandati et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud s. Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo decimo octavo, quarto idus maji, pontificatus nostri anno sexto.

*Sign.* B. Accoltus.

Ja. Mantuae.

A. de Maximis.

A. Gratiadei.

F. de Thomasiis.

Ja. Huberii.

*Dono di suppellettili al capitol.*

Giovedì, 27 maggio.

Il reverendo Carlo Baldo, cimiliarca ed Ordinario, richiede a nome del capitol, attesa l'attuale carezza e scarsità dei paramenti dell'altar maggiore, che i signori deputati vogliano, per grazia speciale ed in dono, dar loro le cose donate all'altare dell'albero, cioè un piviale di damasco morello, una veste di velluto verde e due vesti di seta. Deliberarono che, sebbene la fabbrica non vi sia obbligata, tuttavia debbasi assecondare l'istanza.

*Riparazioni all'organo.*

Lunedì, 14 giugno.

A richiesta di Stefano de' Pozzobonello, sognatore d'organo nella chiesa, ordinarono d'aversi rifare il somero ed i mantici dell'organo stesso.

*Si concede licenza agli scalpellini Cristoforo Lombardo, Gio. Ambrogio da Cremona, Agostino del Pozzo ed Ambrogio da Arluno di lavorare pel monumento di Gastone di Foix.*

Deliberarono, in evasione della domanda fatta dal reverendo vescovo Tarbense, di concedere licenza agli scalpellini della fabbrica Cristoforo Lombardo, Gio. Ambrogio da Cremona, Agostino del Pozzo ed Ambrogio da Arluno, di andare a lavorare per la sepoltura in marmo, che si sta costruendo per l'illustrissimo signor duca di Nemours (Gastone di Foix).

Addi 3 luglio.

Magistro Johanni Petro de Gallarate l. 40 imp., supra ejus mercede intaliandi et ornandi trabem, super quo ponenda est figura et imago Crucifixi praefatae majoris ecclesiae, una cum duabus aliis figuris a lateribus ipsius Crucifixi.

Addi 29 luglio.

Magistro Petro martyre de Caballis l. 20 imp., occasione mercedis suae cujusdam figurae tondae per eum factae pro usu fabricae, visae et judicatae per magistros Johannem Antonium Homodeum et Jeronimum de la Porta, inzierios fabricae.

*Convenzioni per la costruzione di due campate e piloni della nave maggiore del Duomo.*

Addi 20 agosto.

In nomine Domini. Anno a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo decimo octavo, in dictione sexta, die veneris, 20 mensis augusti.

Cum hoc sit quod alias de anno 1509 infrascriptus Paxinus de Molo in solidum cum uno alio ejus sotio fecerit pacta et conventiones cum agentibus pro infrascripta fabrica ecclesiae majoris de fatiando campos duos cum suis pilonis pro rasamento nave magnae ecclesiae majoris Mediolani, et prout in ejus pactis et conventionibus continetur; modo Beltraminus de Clivate, filius quondam dom. Christofori, portae orientalis, parochiae s. Babillae intus Mediolani, sindicus et procurator, et sin-

dicario et procuratorio nominibus reverendorum et magnificorum dom. deputatorum regimini venerandae fabricae ecclesiae majoris Mediolani, ad haec et alia facienda specialiter constitutus per instrumentum sindicatus et procurae specialis, rogatum per Johannem Augustinum Confaronerium Mediolani notarium die 21 mensis decembris proxime praeteriti, seu anno, etc.; faciens tamen dictus sindicus et procurator infrascripta omnia, etc., in praesentia et cum auctoritate, consensu et licentia et deliberatione reverendi domini Johannis Stephani de Olgiate, ex dominis ordinariis praefatae majoris ecclesiae, et magnifici domini Johannis Jacobi de Cribellis, amborum ex praefatis dominis deputatis ad id electis, nec non nobilis viri domini Johannis de Perego, filii quondam domini Jacobi, portae cumanae, parochiae s. Carpori intus Mediolani, magistri et negotiorum gestoris praefatae fabricae, et cujuslibet eorum ibi praesentis, etc.; et dicto sindico et procuratori verbum, parabolam, consensum et licentiam dantes, etc., non intendentes tamen praefati domini consentientes per praesentem consensum in aliquo sese nec eorum bona debite referendo obligare, parte una: et magister Paxinus del Molo de Zulino, filius quondam domini Johannis Petri, et Johannes Petrus similiter del Molo de Zulino ejus nepos, filius quondam domini Zulini, ambo portae orientalis, parochiae s. Mariae Passarellae Mediolani, et uterque eorum in solidum, prout infra:

Voluntarie, etc., et omnibus modo, etc., fecerunt et faciunt infrascripta pacta et conventiones per et inter dictas partes suis et dictis nominibus attendendas, etc., solempni semper et mutua stipulatione interveniente, et per modum et formam prout infra, videlicet:

Primo: che li dicti barba et nepoti sieno obligati dar a li prefati domini deputati tuti li marmori che intrano a far dui campi con dui piloni, quali sono per raparamento de la nave granda d'epsa giesa, incomenzando a quello campo ch'è suxo . . . . de tiburio fine suxo la fazata de verso la contrada de s. Raphaelle, et de darli conducti in camposancto a le sue spexe, quali marmori debeno essere bianchi et de la bontade de quello del Giocharono e Margozono, vel saltem de bianchezza et bontade de

queli campi et piloni facti da qui indreto per dicto Paxino et compagni ut supra et . . . . essere grossi per l'intrata del muro, secondo li altri che sono facti et che se fano in dicti campi d'epsa giesa;

Item de dar lavorati tuti quei marmori de dicti campi et piloni, incomentiando ad far le cornise da basso, da le quale vano li nasimenti da li fioreti et archeti, andando in suxo fine et con lo parapecto, con le fenestre in epsi campi lavorati con li soi strafori et altri ornamenti, con le sue pilastrade de dentro, con voltura facta de prede da fillo, et con li conducti da aqua ne li dicti piloni, facendo il decernimento de le agugie che andarano facte a le cime de dicti piloni, continuando poi in zoxo dentro d'epsi piloni dicti conducti fine a li busi che haverà a portare fora l'aqua, con quelli ordinamenti che ordinarano li ingeneri de la prefata fabrica, a la similitudine de li altri campi et piloni che sono facti da qui indreto, in laude de li ingeneri de la prefata fabrica, per pretio et mercato de libre sei milia imperiali; et accadendo fusse cressuto et diminuito el pagamento al juditio de li ingeneri de la prefata fabrica, quali campi et piloni predicti Paxino et Johanne Petro suo nepote gli debeno dar facti ad minus in termino de anni septi proxime a venire con li pacti infrascripti, videlicet:

Primo: che li prefati domini deputati sieno obligati a dare una predera de la montagna de la Gandolia, quale sono de la prefata fabrica, unde a' predicti Paxino et nepote parirà, per potere cavare dicti marmori de dicti campi et piloni, excepto le obligate a Benedicto Nostrano, senza suo consentimento;

Item accadendo a dicto Paxino et Johanne Petro suo nepote a far cavar in quella predera li marmori de dicti piloni et campi ne reuscisse più che el suo bixogno, non ne possa dar ad altre persone, se non a la prefata fabrica, et che li agenti d'epsa fabrica sieno debitori de pagarli a razione de soldi deci imperiali per ogni centenero de marmore consignato in Camposanto de Milano a tute sue spexe, essendo da centenara tre in suxo et da li in zoxo al volere de li prefati deputati;

Item che li prefati domini deputati li fatio dar la strata conzata in montagna per

poter condurre li dicti marmori, non essendo conzata;

Item che li prefati domini deputati sieno obligati a darli logiamento in montagna, et cugnoli 25 con le sue folie, pichoni 25, due maze, due levere et gamilli senza pagamento, restituendoli poi in ultimo de l'opera nel grado e pexo li saranno consignati a loro;

Item che li sia lassato quella botia, dove dicto Paxino et nepote lavorano, facendola li agenti de la prefata fabrica ordinare et reserare a cercho con le calestre, stagie, radondini, corde, bradelle, codege, caro, per poterli condurre li marmori in botia et lavorarli;

Item che li sia facto conzare li ferri et mazole per lor et soy magistri et lavori che lavorarano, senza pagamento dil ferraro de la prefata fabrica;

Item che li prefati domini deputati de la prefata venerabile fabrica sieno obligati a far dare a dicti Paxino et nepote brente sey de vino bono vermello ognia anno per anni septi, in quello tempo che se darà lo vino ali officiali de la prefata fabrica, non finiendo più presto;

Item accadendo a dicto Paxino et compagno aut soy magistri et garzoni farsi qualche male per el lavorare de dicti marmori, che Dio non volia, sieno obligati li prefati domini deputati farli medicare dal medico de la prefata fabrica senza spexa d'epso infermo, et li sia facto bona meza paga, como se sol far ali altri de la casina, al iuditio de li prefati domini deputati, per lo tempo starano infermi;

Item accadendo li fasse roti qualchi marmore malitioxamente in Camposanto, li agenti de la prefata fabrica sieno obligati al danno;

Item finito che saranno dicti campi et piloni, et havendo dicti Paxino et compagni misso la predera in bona augmentatione, che li prefati domini deputati de la venerabile fabrica sieno obligati a dare a dicto Paxino et nepoto, ut supra, duy altri campi et piloni al pretio praedicto, ut supra, aut li sia pagato la augmentatione de dicta predera et missi a la giornata; et dicti Paxino et nepoti sieno obligati ad lassare la predera, dove cavarano, nel grado saranno consegnate a loro et meliorate;

Item che li dicto Paxino et nepote sieno obligati, quando se mettarano in opera dicti marmori lavorati, a reffilarli et atestarli et

metere le giavele, dando epsa fabrica chivelle et pombio, et acompagnare li marmori lavorati sino suxto la rota, dove si tireno suxo;

Item che li prefati domini deputati sieno obligati a farli dar lo suo pagamento a bon cunto ognia mense, secondo l'opera se ritrovarano dicto Paxino et compagni haver facto a li pretii infrascripti, sotto penna de l. 56 imp. per cadauna volta che non sieno pagati in dicto termino; quali pretii serano questi:

Primo le cornixe da basso a l. 3 et s. 15 per brazo; item per architi de sotto a l. 60 per archeto; item per li fioreti a l. 9 per brazo; item per la preda da filo a l. 3 per brazo; item per le fenestre a l. 360 per fenestra; item per li gropi con li ogi francesi a l. 78 per gropo; item per li architi de sopra a l. 75 per archeto;

Item che a dicto Paxino et nepote se li daga de presente l. 450 per scorta de far cavare il marmore predicto, dando lor idonea segurtà de restituirle ex causa depositi, quando non attendesseno ala predicta conventionem et capituli; facta che habiano la mittade de dicti duy quadri, li sia date altre l. 450, dando lor la segurtà, come he predicto, quando se li darano;

Item che dicto Paxino et nepote possa et debia per lo bixogno et uxo de cavare e condur li marmori nel Camposanto de Milano uxare de la exemptione concessa a la prefata fabrica.

Quare dictus syndicus et procurator dictis nominibus parte una, et dicti magister Paxinus et Johannes Petrus, patruus et nepos, et uterque eorum in solidum, ita quod uterque eorum in solidum teneatur, renunciando illis duabus novis constitutionibus, etc., ita tamen, etc., ex altera promisserunt, etc., ut supra dictus syndicus et procurator bona et jura praefatae fabricae, et dicti Petrus et nepos bona et jura sua pigneri sibi vicissim, etc., praesentibus, etc., attendere et habere ratum et non contravenire, sub refectione, etc.; et ulterius sub penna et nomine pennae solemniter promisserunt, etc., l. 200 imp. dandarum, qua penna, etc., nichilominus, etc., et quae penna exigi possit in casu contrafactionis, omni exceptione et deffensione remotis, etc.; et hoc quoniam inter ipsos contrahentes conventum. Renunciantes, etc. Insuper dicti Petrus et nepos juraverunt habere

ratum et non contravenire nec petere habilitationem, et si peterent, non utentur, etc., imo eidem habilitationi renunciaverunt et ex nunc renunciant, etc.

*Scomunica contro i detentori  
dei beni dell'eredità di Ambrogio Porro.*

Lunedì, 23 agosto.

Ordinatum fuit quod fiant litterae excommunicationis in ampla forma ad instantiam reverendorum et magnificorum dominorum deputatorum venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani pro haereditate quondam spectabilis domini Ambrosii de Porris, ac debitoribus ipsius haereditatis, ac contra quascumque personas debitorum vel indebite detinentes aliqua bona ipsius haereditatis.

Addi 26 agosto.

Magistris Baptistae de Bossiis, Bernardino Bregognono et Johanni Francisco de Niguarda, pictoribus, l. 274 imp., pro completa solutione auri et colorum diversorum, emptorum et possitorum pro ornando figuras altaris arboris, et pro completa solutione mercedis suae.

*Privilegio di esenzione.*

Addi 31 agosto.

Praeses et magistratus intratarum regii status Mediolani. Perchè la venerabile fabrica de la gesia mazore de questa inclita città de Milano per vigore de soy privilegii publicati in l'incanti et per antiqua consuetudine sempre è servata exempta da ogni datio per tute le robe che sono per uso de la dicta fabrica; però per observatione de li dicti privilegii et consuetudine ut supra, per tenore de la presente comandiamo ad qualunque regii ducali et de feudatarii officiali, datiarii, portinarii et subditi, che conducendo o facendo condurre el latore de le presente robe de qualunque sorta voglia se sia de caduno loco de questo dominio ad la prefata fabrica, lo lassano passare liberamente senza alcuno impedimento et pagamento de datio; et questo a la pena del arbi-

trio nostro, da essere inremissibilmente tolta a li contrafacienti, et applicata a la regia camera.

Datum Mediolani, die ultimo augusti 1518.

*Sign. Josephus, praeses.*

Antonius de Busti.

Nicolaus Moresinus.

Johannes Jacobus Putheobonelus.

Raphael Palazolus.

*In calce: Cornelius.*

Addi 1 settembre.

Magistro Francisco de la Porta l. 309, s. 11 imp., occasione pretii brachiorum seu quadretorum 477 saritii de onziis tribus usque in quatuor in grossitudine pro quolibet quadreto, dati et consignati fabricae pro solando plateam praedictae majoris ecclesiae, ad computum s. 13 imp. pro quolibet brachip seu quadreto.

Ai 15 settembre altre l. 191, s. 19, d. 4 per altri quadretti 295 l[3].

Ai 7 ottobre altre l. 320, s. 15, d. 6 per quadretti 493.

Ai 15 ottobre l. 146, s. 8, d. 6 per altri quadretti 250 l[2].

Ai 30 ottobre l. 203, s. 9 per quadretti 313.

Ai 17 novembre l. 254, s. 16 per quadretti 392.

Ai 31 dicembre altre l. 192, s. 14, d. 6 per quadretti 296 l[2].

*Permettono a Gio. Antonio da Osnago, Andrea da Saronno ed Antonio Dolcebono di lavorare pel monumento di Gastone di Foix.*

Lunedì, 13 settembre.

Magnifici domini deputati a la fabbrica del domo de Milano. Bisognando a l'opera di la sepoltura de la felice memoria de lo illustrissimo duca de Nemors, de la persona de Jo. Antonio de Osnago, Andrea de Serono et Antonio Dolcebono, saremo contenti et fareti a piacer a lo illustrissimo monsignor da Lautrecho, locotenente generale regio (1), et fareti

(1) Il maresciallo Odetto di Foix, signore di Lautrec, governatore di Milano e luogotenente generale nell'armata francese di Francesco I in Italia.



a piacer concederli la licentia sin a tanto sia fornita l'opera, et poy li ritornareti al loco suo. Et bene valeant Magnificentiae vestrae Mediolani ex aedibus.

*Sign.* Sebastianus Ferrerii propria.

Per reverendum dominum Johannem Stephanum Olgiatum et magnificos dominos Johannem Jacobum Cribellum et Rodolphum Vincemalam, omnes ex praedictis dominis deputatis, visis prius litteris superscriptis, concesserunt licentiam superscriptis magistris Johanni Antonio de Osnago, Andreae de Serono et Ambrosio Dulcebono, omnibus lapicidis praefatae fabricae, eundi ad laborandam et perficiendam superscriptam marmoream sepulturam in omnibus et per omnia, prout in praedictis litteris continetur, et ex earum tenore fieri requiritur.

*Convenzioni con Ambrogio Porro, Cristoforo Lombardo ed Ambrogio Ferrario per la costruzione d'una piramide o guglia, e di due condotti sotto la scala del tiburio.*

Giovedì, 16 settembre.

In nomine Domini. Anno a nativitate ejusdem 1518, indictione septima, die jovis, 16 mensis septembris. Johannes Angelus de Isachis, filius quondam domini Antonii, portae cumanae, parochiae s. Carpori intus Mediolani, syndicus et procurator, et syndicario et procuratorio nominibus reverendorum et magnificorum dominorum deputatorum regimini venerandae fabricae ecclesiae majoris Mediolani, ad haec et alia facienda specialiter constitutus per instrumentum sindicatus et procurae specialis, rogatum, ut dicitur. per dominum Johannem Augustinum de Confanoneriis, Mediolani notarium ac praefatae fabricae cancellarium, die 21 mensis decembris proxime praeteriti, seu anno, etc., faciens tamen dictus syndicus et procurator infrascripta omnia et singula in praesentia et cum auctoritate, consensu, licentia et deliberatione reverendi domini Johannis Stephani de Olgiate, ex dominis Ordinariis praefatae majoris ecclesiae, et magnifici domini Johannis Jacobi de Cribelis, amborum ex praefatis dominis deputatis ad id electis, nec non nobilis viri domini Johannis de Perego, filii quondam domini Jacobi, portae cumanae,

parochiae s. Carpori intus Mediolani, magistri et negotiorum gestoris praefatae fabricae, et cujuslibet eorum ibi praesentium, et dicto syndico et procuratori verbum, parabulam, consensum et licentiam dantium, non intendentes tamen praefati domini consentientes per praesentem consensum in aliquo sese nec eorum bona debite referendo obligare, parte una; et magistri Ambrosius de Porris, filius quondam domini Antonii, Christoforus de Lombardis, filius quondam domini Dominici, ambo portae orientalis, parochiae s. Stephani in brolio foris Mediolani, et Ambrosius de Ferrariis, filius domini Guenzii, portae ticinensis, parochiae s. Laurentii majoris foris Mediolani, faciens tamen dictus Ambrosius de Ferrariis infrascripta omnia et singula in praesentia, parabula, consensu et licentia dicti patris sui ibi praesentis, et quilibet eorum in solidum, prout infra, parte altera:

Voluntarie et omnibus modo, etc., fecerunt et faciunt infrascripta pacta et conventiones per et inter dictas partes suis et dictis nominibus attendendas, solemni semper et mutua stipulatione interveniente, et per modum et formam prout infra:

Primo, che dicti compagni tuti tri siano obligati a fare una piramide et duy conducti infrascripti, quali dui conduti sono de soto da la schala dil tiburio ch'è fata novamente, li quali duy conduti fano uno cantono, dove se congionge una guglia sive piramida, la quale guglia fa quatro faze, como li altri che sono in opera da verso el Camposanto de dreto; et si è alta la dicta guglia br. 28 in tuto, quali conduti montano per achaduno conduto l. 1968, s. 16 imperiali, et la piramida monta in summa l. 2720 imperiali, metendoli dicti compagni tuto el marmore necessario a dicta opera, et tute le sue manifature, quale opera dicti compagni siano obligati a farla per li pretii infrascripti, zoe in prima lo conduto:

Item per lo capelo del piovente, che va fino al quadro, d'onde principia il conduto, si è longo br. 18 per parte in tute dove le parte, sono br. 34 a l. 2, s. 10 il braccio, l. 85.

Item per la basa dil conduto, zoe de li dovy archi, quali sono suxa il soprascripto capelo, cerconda br. 3 e onze 5 vel cercha, a l. 6 per brazo, l. 20, s. 10.

Item per l'altra bassa che va in mezo dil conduto, cerconda br. 9, alta br. 1, a l. 6 per brazo, l. 54.

Item per 4 archi dil conduto, computato tuti dovi li trianguli et soy fiorimenti, sono in tuto br. 24, a l. 10 per brazo, mexurato in mezo de la cornixe, l. 240.

Item per quella preda da filo ch'è in del pilastro, ch'è in mezo dil conduto, che fa quadriti 10, a l. 2 per quadrito, l. 20.

Item per quella preda ch'è da filo, che va suxa la groseza dil muro che fa piovente, et sera soto alo arco sopra al primo capelo tra l'uno pilastro e l'altro, et sono quadri 15, a l. 2 per quadro, l. 30.

Item per lo capelo ch'è sopra ali dicti archi che fano lo conducto, como se vede per una stolla facta, si è longho br. 17 per parte, computato tute dove le parte, br. 34, a l. 6 per brazo, facendo lo conduto insieme buta poje 50 braza, e va incastrato da tute dove le bande, l. 204.

Item li ogie franzexi, quali vano in dicto conduto, fate per tute dove le bande, e bene lavorati como li altri facti et che se farano, sono N. 22 per parte, e in tuto N. 44, a l. 6 per achaduno, l. 264.

Item per lo capelo che va sopra a li dicti ogi franzexi, et va da dove parte como li altri, in tuto si è longho br. 34, a l. 4 per brazo, l. 136.

Item per li fiorimenti che vano in zima dil conduto, sone N. 22 per parte, sone in tuto dove le parte N. 44, a l. 8 per achaduno, lavorati per tute le bande, alte onze 14 per achaduno, l. 352.

#### *La piramida.*

Imprima la bassa de la piramida alta br. 1, cerconda br. 10, a l. 4 per brazo, l. 40.

Del pari il conduttore della possessione di Gudo Tabiago e Longolo espone, che per la guerra del 1523 non potè raccogliere il riso da pert. 500, le quali per solito danno il prodotto di moggia 3 per ogni pertica, il cui valore è di l. 2, s. 10 al moggio; che non potè raccogliere il fieno terzuolo di pert. 500 di prato, il cui prodotto è di fasci 100, del valore di s. 12 al fascio; che non potè raccogliere le uve di pert. 320 di vigna, il cui prodotto è di brente 200 di vino; che i grani ed i fieni maggenço ed agostano già raccolti gli furono tolti dai soldati, mentre erano già riposti nei granai e sui fienili; che nell'anno successivo 1524 in causa della peste mancarono gli uomini per lavorare i terreni; per cui domanda la risoluzione del contratto ed il condono del fitto dovuto per gli anni decorsi, e nel caso di continuazione, la riduzione del canone d'affitto ad un terzo del prezzo attuale. Incaricarono due deputati delle opportune verifiche dei fatti asseriti, e delle proposte sul da farsi.

Le istesse querele sono fatte dal fittabile di Castano, pieve di Corneliano, ed il Consiglio delibera gli stessi provvedimenti.

*Prezzo d'affitto di botteghe sotto il coperto de' Figini.*

Giovedì, 6 aprile.

Affittarono tre botteghe sotto il coperto detto dei Figini, l'una segnata *E* per il prezzo annuo di l. 310, una seconda segnata *C* per il prezzo di l. 270, una terza segnata *D* per il prezzo di l. 140.

*È concessa a Gio. Angelo Tiboldo la costruzione di un muro sulla piazza per ricingere una sua bottega.*

Addi 26 aprile.

Ludovicus de Curte juris utriusque doctor, provisionum illustris communitatis Mediolani vicarius, ac duodecim praesidentes, postulante domino Johanne Angelo Tiboldo licentiam et facultatem claudendi muro seu assidibus spatium unum terrae, situm ante ejus apothecam sitam super platea ecclesiae majoris Mediolani, secus murum apothecae filiorum quondam domini Stephani Figini, quod se extendit ab ipsius domini Johannis Angeli apotheca versus plateam seu stratam per brachia quatuor, et secus plateam seu stratam per brachia septem, eundo a dicto muro illorum de Figino usque ad columnam ligneam alterius apothecae ipsius domini Johannis Angeli, ibi cohaerentis, quod spatium etiam in praesentiarum coheretur lobia seu haedifitio ipsiusmet domini Johannis Angeli, locum ipsum, etiam adhibito magistro Stephano de Roxate, uno ex ingeniariis praedictae comunitatis, visitavimus, qui censuit praedicta posse concedi eidem domino Johanni Angelo, ipso tantum solvente eidem comunitati scuta quatuordecim a sole, cum clausura ipsa nemini nociva sit futura, et ipsi domino Johanni Angelo comodum allatura. Propterea cum comperuissemus praedicta ad alicujus detrimentum nec injuriam non tendere, immo ad civitatis ornatum et decorem cedere, ex hocque tolli ne eo in loco diebus festivis, clausa ipsa apotheca, immunditiae multae (ut hactenus factum est) importarentur, serie praesentium, etiam cum participatione magnifici jurisconsulti domini Pauli Taegii ducalis locumtenentis, eidem domino Johanni Angelo praesenti et acceptanti amplam et liberam licentiam et facultatem tribuimus, concedimus et impartimur claudendi muro seu assidibus spatium ipsum, eumque uniendi et incorporandi cum dicta sua apotheca, ut supra, videlicet a dicta apotheca praefati quondam domini Stephani Figini, veniendo secus stratam usque ad superscriptam columnam ligneam tantum et non ultra; cedentes et transferentes in eum ex nunc omnia et quaeque jura, ac omne dominium et possessionem i-



psius comunitatis; ita quod quocumque tempore dominus Johannes Angelus ipse in locum ipsius comunitatis sit, et de spatio ipso libere ad ejus libitum disponere valeat, ipso tamen etiam solvente praedictae comunitati pro beneficio praesentis concessionis et contentorum in ea scuta viginti unum auri a sole. In quorum fidem et testimonium has sigillo praefatae comunitatis roboratas fieri fecimus.

Datum ex praedicto officio, die vigesimo sexto aprilis 1525.

*Sign.* Ludovicus vicarius, et subscripsit Petrus martyr Spanzotta, provisionum communis Mediolani notarius, et sigillatum sigillo magno praefatae comunitatis in rubra cera more solito.

1525, die 13 maji. Suprascriptus dominus Johannes Angelus Tiboldus solvit comuni Mediolani praedicta scuta viginti unum auri a sole, qui sunt lib. 106, s. 1, pro suprascripta concessione, scripta in debito Baptistae de Busnate, thesaurario communis Mediolani, in libro beretino a f. 75.

Idem Baptista de Busnate thesaurarius praedicti communis Mediolani subscripsit.

Addi 20 maggio.

Magistro Baldesari de Vellate, filio quondam Petri, l. 150 imp. pro capitulis 15 invitriatarum brachiorum 30 in summa, cum figuris suis, per dictum quondam magistrum Petrum factis pro ponendo ad invidriatam Apochalipsis praedictae majoris ecclesiae de anno 1524 proxime praeterito, ad computum l. 10 imp. pro quolibet capitulo manufacturae dicti quondam magistri Petri tantum.

Addi 27 maggio.

Domino Johanni Angelo de Mozate, thesaurario Sanitatis Mediolani, scutos 50 a sole (l. 252, s. 10); et hoc occasione subventionis factae illustrissimo principi et domino dom. duci nostro Mediolani, ad benefitium praedictae Sanitatis Mediolani.

[1525]

*Prezzo d'affitto di beni in Cassano d'Adda.*

Giovedì, 8 giugno.

Deliberarono l'affitto dei beni di Cassano d'Adda in ragione di s. 26 la pertica.

*Pretore di Volpedo.*

Giovedì, 27 giugno.

Ellesero pretore di Volpedo Gio. Maria de' Resta.

*Andrea da Fusina, ingegnere e scultore.*

Lunedì, 17 luglio.

Electus fuit magister Andreas de Fusina in ingeniarium et sculptorem praefatae fabricae, et hoc ab hodie in antea usque ad beneplacitum praefatorum dominorum deputatorum, cum salario lib. 16 imp. omni mense, et brentarum sex vini omni anno, et hoc attenta sufficientia ipsius magistri Andreae, longa experientia, optimaque peritia in architectura et scultura.

Addi 29 luglio.

Magistro Francisco de Niguarda, pictori, l. 51, s. 3 imp., occasione mercedis suae pingendi in praedicta majori ecclesia, et in et super sediminibus praefatae fabricae, sitis in praesenti civitate Mediolani.

Addi 16 ottobre.

Domino Johanni Angelo de Mozate l. 700 imp., et hoc pro parte solutionis illarum librarum 5845, s. 13, d. 6 imp. per ipsum dominum Johannem Angelum solutarum agentibus pro duchali camera Mediolani pro praefata fabrica, occasione subventionis factae illustrissimo et excellentissimo principi et domino dom. duei nostro Mediolani, ad benefitium Sanitatis Mediolani.

Addi 23 novembre.

Magistro Marcho de Sancto Michaeli, scultori in praefata fabrica, l. 30 imp. pro gior-natis 50 per eum factis in praefata fabrica, ad computum s. 12 pro qualibet giornata.

[1525]

Addi 23 dicembre.

Magistro Sanctino de Corbeta, intaliatori, l. 16 imp. pro ejus mercede figurarum trium de ligno, per eum datarum pro ponendo ad benefitium horologii Campisancti praefatae fabricae.

*Nota.* Nel 1524 e nel seguente furono collocate in Duomo alcune iscrizioni, apposte ai mausolei di Prospero Colonna e del marchese di Pescara, le quali ora più non si veggono.

In quella al Colonna leggevasi:

GESSI BELLA DIV SED INCRVENTA  
DEFENDI HESPERIAM SENEX VTRAMQVE  
PROSPER VI VALIDAE MEAE COLVMNAE  
PERFECI MEA FATA PERVICACES  
VOS IN SANGVINE PRINCIPES VALETE.

MCCCCXXIV. KAL. JANVARI.

Così il codice, da cui togliamo quest'iscrizione, sebbene il Verri dica morto il Colonna il 23 dicembre 1523.

Ad Alfonso d'Avalos, marchese di Pescara, morto il 3 dicembre 1525:

ARMA MANV TIBI CAPTA ET VICTO EX HOSTE TROPHAEA  
HAEC TIBI MARMORA ERVNT, HAEC TIBI ERVNT TITVLI.  
HAEC TIBI MARS STATVIT, STATVIT BELLONA SEPVLCHRVM  
O DAVALE, HAEC CINERI DEBITA BVSTA TVO.  
HIS ALPHONSE JACES ORNATVS ET OBRVTVS ARMIS  
ARMA TIBI TVMVLI TELA TIBI TITVLI.

Giovedì, 28 dicembre.

Nominarono officiali per l'anno 1526:

Al magistrato, Gio. Battista Secchi.  
All'esattoria, Gio. Alvisio de' Pirovano.  
Alle munizioni, Gabriele de' Micherii.  
Alle liste, Gio. Francesco de' Niguarda.  
Alla cassina, Gio. Alvisio de' Stampi.  
Al tiburio, Benedetto de' Froti.

QVIS GELIDO JACET HIC SVB MARMORE? MAXIMVS ILLE  
PISCATOR BELLI GLORIA PACIS HONOS.  
NVMQVID ET HIC PISCES CEPIT? NON. ERGO QVID? VRBES  
MAGNANIMOS REGES OPPIDA CASTRA DVCES.  
DIC QVIBVS HAEC CEPIT PISCATOR RETIBVS ALTO  
CONSILO INTREPIDO CORDE ALACRIQVE MANV.  
QVI TANTVM RAPVERE DVCEM DVO NVMINA MORS MARS  
VT RAPERENT QVIDNAM COMPLVIT INVIDIA.  
NON NOCERE SIBI NAM VIVIT FAMA SVPERSTES  
QVAE MARTEM ET MORTEM VINCIT ET INVIDIAM.

Fu pure tolta l'iscrizione a Vittoria Colonna, moglie di Ferdinando d'Avalos, marchese di Pescara, saggia e virtuosa donna:

NON VIVAM SINE TE MI BRVTE EXTERRITA DIXIT  
PORTIA ET ACCENSAS SOBIVT IGNE FACES.  
DAVILE TE EXTINGTO VIVAM VICTORIA DIXIT  
PERPETVO MOESTOS SIC DOLITVRA DIES.  
YTRAQVE ROMANA EST, SED IN HOC VICTORIA MAJOR  
NVLLA DOLERE POTEST MORTVA VIVA POTEST.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi.

*Vicario di provvisione:* Gerolamo de' Seregno; alli 2 agosto Lodovico de' Corte.

*Ordinari:* Andrea Capra arcidiacono, Paolo Carcassola ed Andrea de' Cermenate primicerio.

*Avvocato della fabbrica:* Filippo degli Archinto.

*Dottori di collegio:* Gualterio Corbetta, Gio. Azzone Landriano e Bernardo Sansone.

*Deputati delle porte:* orientale, Gio. Filippo Moresino e Gio. Agostino Schiaffenati; romana, Lodovico Gambalojta e Benedetto de' Trivulzio; ticinese, Polidoro Conti e Battista Panigarola; vercellina, Filippo Maria Pirovano; comasina, Gio. Francesco Melzo e Francesco Maria de' Seregno; nuova, Bernardino de' Casate e Gio. Francesco de' Figino.

*Morto il Fusina, è nominato ingegnere della fabbrica Cristoforo Lombardi. Suo salario.*

Lunedì, 15 gennaio.

Cum magister Andreas de Fusina, praefatae fabricae ingeniarius, die sabbati proxime praeterita diem suum clauserit extremum, vellentque praefati domini deputati de alio ingeniero providere, ne praefata fabrica, deficiente opera dicti quondam magistri Andreae, detrimentum patiatur, quapropter praefati domini deputati, attenta sufficientia rerumque experientia in arte architecturae et sculpturae magistri Christophori de Lombardis, ipsum magistrum Christophorum in ingeniarium praefatae fabricae, loco dicti quondam magistri Andreae de Fusina, elligerunt et elligunt cum mensuali salario flor. 10, valoris s. 32 imp. pro fioreno, et brennarum sex vini in anno; et hoc ab hodie in antea usque ad beneplacitum praefatorum dominorum deputatorum.

Addi 30 gennaio.

Domino Johanni Angelo de Mozate l. 505 imp. pro parte solutionis illarum l. 5845, s. 13, d. 6 per ipsum solutarum agentibus pro ducali camera Mediolani pro praefata fabrica, occasione subventionis factae ad beneficium Sanitatis Mediolani.

Magistro Giano Borgognono et aliis magi-

stris et laboratoribus, qui laboraverunt circa modellum praedictae majoris ecclesiae, l. 58, s. 7, d. 4.

Addi 19 marzo.

Magistris Johanni Petro de Meltio et Gelvaxio de Fontana l. 124, s. 10 imp., occasione operum per eos factorum circa modellum, quod de praesenti construitur per magistrum Hieronimum de la Porta, ingeniarium praefatae fabricae, in mensibus quatuor proxime praeteritis.

Addi 4 aprile.

Pro sede lignea fienda et ponenda ad altare majus praefatae majoris ecclesiae, super qua sedere habent reverendi domini episcopus suffraganeus et vicarius archiepiscopalis Mediolani, juxta solitum, l. 25 imp.

Addi 2 maggio.

Magistro Johanni Antonio Buschae l. 45, s. 2 imp., occasione pretii unius campanae cum campanilis tribus, positae ad horologium Campisancti, et unius agneli bronzi positi ad baculum s. Ambrosii, et unius campanilis dati pro usu sacrae praefatae majoris ecclesiae.

Addi 16 maggio.

L. 9 imp. occasione pretii parii unius linteaminum emptorum pro usu militum, qui de

praesenti sunt in quadam domo praefatae fabricae, sita extra portam cumanam Mediolani.

Addi 17 maggio.

L. 303 imp., occasione totidem denariorum numeratorum in schutis 60 a sole agentibus pro magnifica comunitate Mediolani, pro expensis fiendis oratoribus destinatis ad caesarem majestatem, usque die 21 februarii proxime praeterito.

Addi 19 maggio.

Magistro Christophoro de Lombardis ingeniario pro salario mensium trium cum dimidio, l. 56.

Addi 26 maggio.

Magistro Johanni Francisco de Niguarda, pictori, l. 73, s. 12, d. 6, occasione mercedis suae pingendi campanile horologii Campisancti praefatae fabricae.

*Argenti dati dal Duomo alla Comunità di Milano.*

Addi 24 dicembre.

Candeleri duy vegi de argento, pexo marchi 16, onze 3, d. 12.

Fino onze 120, d. 3.

Per la doratura a s. 10 per onza, in summa l. 65, s. 15.

Per la factura a s. 26 per onza, in summa l. 170, s. 19.

E più candeleri duy novi de argento, pexo marchi 13, onze 6, d. 6, in argento de testoni; fino onze 105, d. 15.

E più bochale uno et una bacila, pexo marchi 12, onze 7, d. 6.

E più setelino uno de argento pexa marchi 5, onze 3. Dicta bacila, bochale et setelino sono argento de testoni. E per dorare dicta bazila, bochale et setelino et li soprascritti candeleri nuovi facti per li Rocchi, in summa ducati 13 1/2 d'oro.

E più pomo uno di croce con il crucifixo

non fornito de argento pexa marchi 7, onze 7 argento de testoni.

E più calici duy argento de liga, pexo marchi 3, onze 3, d. 18; fino onze 18, d. 12, e per la factura l. 31, s. 15, e per la doratura l. 38, s. 2.

E più calice uno piccolo pexa marchi 1, onze 4, e per la doratura l. 12, e per la factura l. 14, s. 8.

E più uno horzolo di argento pexa marc. 1, onze 5, d. 6; fino onze 12, d. 3, e per la factura l. 21, s. 4.

E più patene n. 2 dorate argento de liga pexano marchi 1, d. 18; fino onze 5, d. 2; e per la doratura l. 8, s. 15, e per la fattura l. 10, s. 10.

E più cresmino uno rotto de argento pexa marchi 2, d. 4; fino onze 18, d. 8, e per la factura l. 32.

E più una croce de oro da fondere pexa marchi 11, onze 2, d. 19; fonduta pexa marchi 11, onze 2, d. 3 a carrati 21 1/2: oro fino onze 80, d. 17; e per la factura con il calo scuti 1 per onza, in summa l. 463, d. 9.

Argento fino in tuta summa onze 493 (1).

(1) Concorsero a sovvenire la città con argenti ed arredi sacri la basilica di s. Ambrogio, le chiese di s. Celso, s. Francesco, s. Stefano in Brolio, s. Saffiro, s. Simpliciano, s. Maria de' Servi, s. Eustorgio, s. Maria delle grazie, la Passione, s. Tecla, s. Lorenzo, s. Giorgio in Palazzo, s. Marco.

SOMMARIO DEI CONTRIBUTI:

S. Ambrogio, in argento . . . . .	onze 459, 2.
S. Celso . . . . .	» 16, 23.
S. Francesco . . . . .	» 152, 12.
S. Stefano . . . . .	» 153, 12.
S. Saffiro . . . . .	» 6, 10.
S. Simpliciano . . . . .	» 228, 9.
S. Maria de' Servi . . . . .	» 31, 2.
S. Eustorgio . . . . .	» 372, 1.
S. Maria delle grazie . . . . .	» 68, 22.
Il Duomo . . . . .	» 493, —.
La Passione . . . . .	» 7, 3.
S. Lorenzo . . . . .	» 56, —.
S. Giorgio in palazzo . . . . .	» 40, 6.
S. Marco . . . . .	» 20, 10.

Per la partita di s. Tecla argento venduto a la cecha in debito in summa l. 124, per manifattura l. 40.

Pel duomo, oro della croce onze 80, 17, 16 1/2.

Somma totale delle parrocchie in peso onze 2106, 11, 23 1/2, coll'aggiunta del valore di circa l. 738 in dorature, e l. 3434 in fattura.

1527.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi; suoi luogotenenti Andrea Ruberto, Gio. Stefano de' Gallarani, prevosto di s. Pietro in Monforte.

*Vicario di provvisione:* Lodovico de' Corte; suo luogotenente Gerolamo de' Seregno.

*Ordinari:* Andrea Capra arcidiacono, Andrea de' Cermenate primicerio, Gaspare de' Fagnano, Lodovico de' Trivulzio e Gio. Pietro Visconti.

*Dottori di collegio:* Costantino ed Egidio Bossi, Lodovico de' Rho e Bernardo Sansone.

*Deputati delle porte:* orientale, Filippo Moresino e Gio. Agostino Schiaffenati; romana, Lodovico Gambaloja e Benedetto de' Trivulzio; ticinese, Polidoro de' Conti e Battista Panigrola; vercellina, Filippo Maria Pirovano; comasina, Gio. Francesco de' Melzo e Francesco Maria Seregno; nuova, Bernardino de' Casate e Gio. Francesco de' Figino.

*Vengono licenziati  
tutti gli ingegneri e scalpellini.*

Venerdì, 4 febbraio.

Confermarono l'ordinanza 3 novembre prossimo passato sugli ingegneri e scalpellini della fabbrica, del tenore seguente:

« Essendo scortiniato se li doveva dare licentia ad li picapredi et ingegneri de la fabbrica, per essere il tempo di quella qualità he, che apena se po satisfare al necessario, qual he di exequire le voluntate di testatori, s'è ordinato per varii respecti se dia licentia ad ogniuno, et cum quello più dextro modo se po. Et se l'occorre, che di qualcuni d'epsi se ne habbi bisogno per beneficio de la fabbrica, che solo quelli sono ad tali effecti necessari, se ellegeno poy novò sive o deli licenziati, essendo idoney, o di altri quel più idoney existimavano li deputati de la fabrica. »

Addi 3 marzo.

Domino Marino Angelo de Castrofranco l. 101 imp., occasione totidem denariorum per eum numeratorum spectabili domino Johanni Pagnano, thesaurario portae orientalis Mediolani, occasione taxae impositae praedictae fabricae pro dando Hispanolis, qui recesserunt a civi-

tate Mediolani usque die 14 decembris proxime praeteriti.

*Salary.*

Lunedì, 11 marzo.

Elessero Gio. Antonio da Seregno in maestro e gestore di negozio della fabbrica, col salario mensile di l. 6, s. 8.

Venerdì, 15 marzo.

Il licenziamento di tutti gli architetti, ingegneri e scalpellini della fabbrica aveva avuto luogo per l'estrema penuria di danaro. Ora trovarono necessario di riammettere tutti gli architetti ed ingegneri, con che però nessuno abbia un salario maggiore di mensili l. 16 e brente 6 di vino all'anno. Quanto agli scalpellini, riammisero tutti quelli elencati in una nota, fatta da tre deputati.

*Corrispettivo per la celebrazione  
di una messa quotidiana.*

Lunedì, 1 aprile.

Nominarono un cappellano per la celebrazione di una messa quotidiana, coll'emolumento di l. 80 imp. all'anno.

[1527]

*Salary.*

Giovedì, 4 aprile.

Confermarono gli ufficiali della fabbrica sino al principio del venturo gennajo, cioè:

Gio. Alvisio de' Pirovano ed Andrea de' Pansecchi all'esattoria, col salario mensile per ciascuno di fior. 3.

Gabriele de' Micherii alle munizioni, col salario mensile di fior. 3.

Gio. Francesco de' Niguarda alle liste, col salario di l. 3 e s. 17 al mese.

Gio. Alvisio de' Stampi alla sovrastanza degli scalpellini della cassina, col salario mensile di l. 4 e brente 4 di vino all'anno.

Benedetto de' Trotti alla sovrastanza del tiburio, con mensili l. 4 e quattro annue brente di vino.

Incaricarono due deputati di convenirsi cogli altri deputati dei luoghi pii « pro provvisione facienda contra debitores taxatis in taxa scutorum 30,000, pro illis scutis 14,000 a sole thesaurario imperiali Mediolani solutis per dicta loca pia, et per ipsa loca pia exactis a diversis personis habitantibus in praesenti civitate Mediolani. »

Giovedì, 11 aprile.

Ordinatum fuit quod magister Johannes Jacobus de la Porta, ingeniarius et sculptor praefatae fabricae, habeat salarium suum consuetum, videlicet lib. 24 imp. omni mense, et brentas sex vini in anno, non obstante ordinatione superioribus diebus facta.

*Bernardino de' Ghiringhelli, marmorino.*

Ammisero il marmorino Bernardino de' Ghiringhelli a lavorare sotto la cassina col salario consueto.

*Consequenze della guerra.*

Giovedì, 16 maggio.

I fittabili dei beni di cassina Pismonte fuori di porta romana, e di Corsico pieve di Cisano, domandano un compenso per i danni sofferti nell'anno scorso per la guerra. Demandarono a due deputati l'incarico di esaminare e proporre i provvedimenti opportuni.

237

*Il marmorino Tomaso Amicone è posto a riposo con mezza paga.*

Giovedì, 23 maggio.

Stante l'infermità e vecchiaja del marmorino Tomaso Amicone, che sempre fino da più teneri anni lavorò per la fabbrica, lo collocarono a riposo colla mezza paga.

Addi 28 maggio.

Andreae Pelizono habitanti in burgo Meltii l. 22 imp., et hoc pro contingenti portione hospitalionis militum commorantium in dicto burgo Meltii, spectanti Petró de Garbagnate dicto Mazono, fictabili praefatae fabricae in loco Roporisbellae, tasato super aestimo salis a die 27 februarii proxime praeterito, usque ad diem 13 mensis aprilis proxime praeteriti.

Addi 30 maggio.

Magistris Johanni Petro de Meltio et Gelvaxjo de Fontana l. 75, s. 6 imp., occasione operum per eos factorum circa modellum, quod construitur per magistrum Hieronymum de la Porta, ingeniarium praefatae fabricae.

*Salario del ragionato.*

Lunedì, 1 luglio.

Stante la morte del secondo ragionato, nominarono in suo luogo al detto officio Bernardino de' Fossano, col salario mensile di fior. 8 e brente 12 di vino all'anno.

Lunedì, 22 luglio.

Ordinarono che sia portato a l. 4, s. 10 al mese il salario del tenorista della cappella, prete Francesco de' Marliano.

Instantibus magistris Hieronymo et Johanne Jacobo, ambobus de la Porta, ingeniariis seu architectis fabricae, suis et nomine magistri Cristophori de Lombardis, similiter architecti praefatae fabricae, ordinatum fuit quod superscripti omnes ingenierii seu architecti praefatae fabricae habeant salarium suum mensium februarium et martium proxime praeteritorum, non

obstante ordinatione superioribus diebus in contrarium facta.

*Non acconsentono alle domande del capitano e governatore generale circa la nomina d'un architetto, in sostituzione del defunto Gerolamo della Porta.*

Giovedì, 31 ottobre.

Cum per magnificum dominum Aluysium de Gallarate, nomine illustrissimi domini Antonii de Leyva, caesariae majestatis capitanei et gubernatoris generalis, requisitum fuisset a praedictis dominis deputatis, ut vellent eligere magistrum Franciscum de la Porta in architectum seu ingeniarium praefatae fabricae, loco nunc quondam magistri Jeronymi de la Porta, olim praefatae fabricae ingeniarii, cum salario et emolumentis ipsi quondam magistro Jeronimo dari solitis, praefati autem domini deputati, facto inter eos debito scortinio et colectis vocibus, attenta maxima paupertate ipsius fabricae et qualitate temporum, et quod etiam praefata fabrica in praesentiarum non indiget aliquorum ingeniariorum seu architectorum, ordinaverunt et ordinant nullum architectum de praesenti esse eligendum.

Martedì, 5 novembre.

Stante l'attuale grandissima penuria di danaro, in forza della quale non possono essere pagati gli Ordinarij ed i cappellani, che devono celebrare diversi annuali, deliberarono vendere o dare a livello tanti immobili della fabbrica fino alla somma di l. 2000.

In pari tempo ordinarono acquistare il diretto dominio di alcuni immobili situati in porta orientale, parrocchia di s. Giorgio al pozzo bianco.

Addì 24 dicembre.

L. 15, s. 14, occasione totidem denariorum expendorum in mense augusti proxime praeterito in fieri fatiando copertum unum sive tectum de assidibus super primam portam praefatae majoris ecclesiae, versus officium bulle-tarum.

Addì 31 dicembre.

Magistris Martino et Bernardino de Trivulio l. 100, s. 4 imp., occasione operum per eos factorum circa modellum praefatae majoris ecclesiae.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi, suo luogotenente Andrea Ruberto.

*Vicario di provvisione:* Lodovico de' Corte, suo luogotenente Catellano Cotta.

*Ordinarij:* Andrea de' Cermenate primicerio, Gaspare de' Fagnano e Lodovico de' Trivulzio.

*Dottori di collegio:* Nicola Castiglioni, Gio. Angelo della Croce e Gabriele Panigarola.

*Deputati delle porte:* orientale, Battista Archinto ed Agostino Schiaffenati; romana, Gerolamo de' Merate e Benedetto de' Trivulzio; ticinese, Polidoro de' Conti e Gio. Angelo Fontana; vercellina, Vincenzo della Guarda e Filippo Maria Pirovano; comasina, Ottaviano Visconti; nuova, Pier Nicola della Croce, Antonio de' Corte, Nicola Dugnano e Gian Francesco de' Figino.

*Deputati degli altri Luoghi Pii di Milano:* Gio. Ambrógio Moriggia, Scaramuzza Visconti, Carlo Brivio, Gio. Angelo Dugnano, Leone degli Osio e Filippo de' Cajmi.

#### Conseguenze della guerra.

Lunedì, 17 febbraio.

I conduttori dei beni della fabbrica chiedono remissione dei loro debiti di fitto per le gravi guerre combattute, e che si combattono tuttora sul Milanese, e per le moltissime depredazioni fatte sui loro beni dai soldati d'armendue gli eserciti. Furono delegati altri dei deputati alla verificaione ed alle convenienti proposte.

*Deliberazioni per liberare la città dalle estorsioni militari, mediante il versamento d'una somma per una volta tanto.*

Lunedì, 18 maggio.

Cum superioribus diebus ad beneficium hujus inclytae civitatis Mediolani facta fuerit infrascripta ordinatio tenoris sequentis, videlicet:

Indictione prima, die mercurii, 22 aprilis, mane.

Congregata et convocata hesternae die in camera dominorum jurisperitorum Mediolani civitate, in qua quamplures aderant senatores, deputati portarum, et maxima aderat copia civium et nobilium, et cum eis magnificus dominus vicarius provisionum, et assistentibus

aliquibus ex eis dominis deputatis officio provisionum, ibique in publico proponente reverendo domino prothonotario Carazolo magno cancellario, jussu et de commissione illustrissimi et excellentissimi domini Antonii de Leyva, generalis in statu Mediolani gubernatoris caesarei, mentis illustrissimi domini gubernatoris esse velle frequentatis et assiduis petitionibus factis per praefatum dominum vicarium et duodecim nomine civitatis, ac per cives ipsos, circa liberationem hujus civitatis et ducatus a tanta calamitosa et intolerabili exactione pecuniarum, quae a militibus exercitus exiguntur, jam annis duobus evolutis, et per eum facta oblatione, nomine excellentissimi caesarei gubernatoris, de liberando hujusmodi patriam civesque ejusdem ab ipsa exactione, cum promissione de numquam tale nec simile gravamen imponendo civitati, nec ex ipsa nec simili causa in toto nec in parte molestando cives nec bona eorum, mediante tamen oblatione scutorum 25,000, seu solutione stipendii mensis, ad computum illius, quod nunc pro contributionibus solvitur in dies; ipsaque oblatione a praedictis magnificis senatoribus, vicario, deputatis et aliis nobilibus et civibus intellecta, visum fuit eis nomine civitatis ordinare negotium hoc participandum esse cum reliquis civibus; et ita heri in diversis locis civitatis convocatis civibus, scilicet pro singula porta, in loco a civibus cu-

juslibet portae deputato, et in singulo seu in unoquoque locorum ipsorum cujuslibet portae, assistente majori parte civium illius portae; et sic convocata majori parte civium, cum in hanc deventum fuisset sententiam, quod tres seu quatuor cujuslibet portae, electi infra nominati, plenam auctoritatem haberent respondendi, concludendi et firmandi quod sibi melius et utilius videretur, pro civitate et ducatu liberandis a tanta longa et lacrymabili calamitate, et ut cives jam tandem, gratia omnipotentis Dei, liberentur a re tam perniciosam, quorum civium major pars fugam ob inhabilitatem et impotentiam arripuit; alii vero ita nedum pauperes, sed miserabiles effecti fuerunt, quod unde victum pro se et familia assequi possint ignorant. Qui etiam electi amplam per cives praedictos sibi concessam fuisse auctoritatem exposuerunt perquirendi modum habendi denarios vel a locis piis vel aliter, prout sibi conveniens et aequum visum foret pro comodo rei publicae.

Hinc est quod, convocatis et congregatis in camera praefatorum magnificorum dominorum jurisperitorum Mediolani praedictis et infra-scriptis, electis infrascriptis ad praesentiam et assistentiam praefati magnifici domini vicarii provisionum et aliorum, de quibus infra, in qua electione aderant et sunt infrascripti, videlicet:

Pro porta horientali: magnificus dominus Marcus Antonius Cagnola, dominus Martinus Scaravatus, dominus Baptista Archintus;

Pro porta ticinensi: dominus Paulus de la Cruce, dominus Ambrosius de Gallarate, dominus Stephanus Seronus;

Pro porta romana: magnificus dominus Ludovicus de Madiis, dominus Franciscus Grassus fiscalis, dominus Leonardus Sciapatus;

Pro porta nova: magnificus dominus Scaramutia Vicecomes;

Pro porta cumana: magnificus dominus Ludovicus Vicomercatus, dominus Baptista Vincemala, dominus Johannes Angelus Magattus;

Pro porta vercellina: magnificus dominus Johannes Angelus de la Cruce, dominus Johannes Ambrosius Morigia, dominus Franciscus de Regnis doctor, dominus Johannes Antonius de Cojris;

Et eis omnibus sic convocatis, factoque in-

ter eos debito scortinio, et re ad longum tractata et ventilata pro pecunia recuperanda ad liberationem patriae, considerantesque quinque illa loca pia hujus civitatis, scilicet hospitale, fabricam, scholam Quatuor Mariarum, Misericordiam et domum charitatis, pro majori parte a civibus mediolanensibus instituta fuisse pro beneficio et comodo civitatis, ac pro ipsa civitate illustranda, nec immemores praefati domini electi, quod ubi civitas anihilaretur et cives miserrimi deficerent, prout in dies facturi sunt, nisi ex divina gratia civitas haec infelix liberaretur a tanto dispendio et gravamine insatiabilis exercitus, qui tot menses et annos id, quod quasi impossibile est, assequutus a civibus fuit, quod pariter loca pia corruerent nec civibus prodessent, adeo quod nulla major pietas nullaque major elimosyna elargiri potest, quam auxilium praestare in sublevandos cives ab ipso gravissimo et crudeli onere, et in liberando civitatem a tanta persecutione et calamitate, multisque aliis rationibus consideratis, et animum praefatorum dominorum electorum momentibus, participatoque negotio cum magnificis senatoribus, dominis LX civitatis, seu majori parte eorum, magnifico domino vicario et XII provisionum;

Ordinant et decernunt magnificos dominos deputatos praefatorum locorum piorum, pro eo pretio quo poterunt, teneri vendere bona praefatorum locorum piorum pro summa scutorum 12,000, convertendorum in dictam causam liberandi civitatem. Hoc intellecto, quod ubi per unum ex praedictis locis venderentur bona pro majori summa seu portioni sibi spectanti ad ratam aliorum, quod ceteri reintegrare teneantur, et aequaliter servetur inter eos; sed tamen propter hoc non retardentur venditiones arbitrio emere volentium. Hortanturque praedictos dominos deputatos et regentes ipsa loca, ut ad ipsas alienationes bono animo procedere vellint, prout civitas non ignorat eos pietate motos facturos esse.

Quae ordinata acta fuerunt etiam assistentibus illustrissimis dominis Francisco Vicecomite, comite Francisco Belzoxio, Galeazio Birago, nec non magnificis dominis Antonio Maria Sicho, Antonio Rabia, Antonio de la Cruce, Jacobo Antonio Carcano, Alexandro Grasso, Johanne Andrea Vicecomite, Octaviano Ta-

berna, Symone de Suyco, Galeazio Gallarano et Johanne Jacobo Cagnola, praedictis assentientibus, et praedicta approbantibus et laudantibus.

Sign. Johannes Aluisius de Caxate, nomine domini Johannis Bartholomaei de Omate, provisionum Mediolani notarius subscripsi.

*Vendita di stabili per far denaro, onde concorrere alla liberazione dalle vessazioni dell'esercito.*

Giovedì, 2 luglio.

Deliberarono vendere la possessione di Cor-

sico, onde avere i denari da darsi agli Alemanni per la liberazione della città.

*Vendita di stabili per sovvenire ai poveri dell'ospedale novissimo.*

Lunedì, 7 dicembre.

Affine di poter sovvenire all'estrema necessità dei poveri dell'ospedale novissimo di porta orientale, deliberarono vendere tanti fitti livellarij per la somma di 400 scudi d'oro del sole.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi.

*Vicario di provvisione:* Lodovico de' Corte; suo luogotenente Catellano Cotta.

*Ordinarij:* Andrea de' Cermenate primicerio, Gaspare de' Fagnano e Lodovico de' Trivulzio.

*Dottori di collegio:* Alessandro Archinto, Teodoro degli Osio e Francesco Reyna.

*Dei XII di provvisione:* Ambrogio Boltraffio, Polidoro de' Conti, Gio. Angelo Dugnani, Maffeo Landriano, Ambrogio Moriggia e Gio. Agostino de' Schiaffenati.

*Deputati delle porte:* orientale, Battista Archinto e Lodovico Dugnani; romana, Gio. Alberto Marliano e Gerolamo de' Merate; ticinese, Paolo della Croce e Vincenzo della Guarda; vercellina, Gio. Francesco Capra e Cesare de' Rho; comasina, Gerolamo de' Melzo ed Ottaviano Visconti; nuova, Pietro Nicola della Croce ed Adriano de' Sovico.

Domenica, 24 gennaio.

Stante l'attuale ristrettezza del denaro, deliberarono doversi l'ufficio di esattoria disimpegnare gratuitamente da altro dei deputati, e sospendere per quest'anno quelli delle munizioni, delle liste e della sovrastanza della cassina.

Domenica, 31 gennaio.

Elessero all'ufficio del magistrato gestore di negozio Ambrogio de' Camporgnago, ed a quello di sovrastante alla cassina degli scalpellini Tomaso della Porta.

*Conseguenze economiche della guerra,  
peste e qualità dei tempi.*

Giovedì, 15 aprile.

Ordinarono fare compenso all'appaltatore della conca di Viarenna di l. 5000 imp. per gli anni dal 1525 al 1529 per danni della guerra, mortalità degli uomini, rovina degli edificj e qualità dei tempi.

Mercoledì, 5 maggio.

Ordinarono pagare a Tomaso della Porta, sovrastante degli scalpellini della cassina, uno scudo del sole oltre il suo salario, e ciò pei suoi benemeriti.

*Prezzo di stabili in territorio di Arconate.*

Giovedì, 13 maggio.

Deliberarono la vendita dei beni di Arconate al miglior offerente al pubblico incanto per il prezzo di l. 11 alla pertica.

*Scudo del sole. Raguaglio in lire imperiali.*

Lunedì, 14 giugno.

Ordinarono vendere un diretto dominio ed un fitto livellario di l. 12 imp., computandone il prezzo nella restituzione di scudi 35 del sole, al computo di l. 5, s. 1 per ogni scudo, sborsati dallo stesso compratore agli agenti della fabbrica fin dall'anno 1526; e ciò in sovvenzione di quegli scudi 14,000, che ancora rimangono a pagarsi pel soddisfacimento della taglia di scudi 30,000, imposta a questa città di Milano nel 1526 dall'illustrissimo signor duca di Borbone.

Giovedì, 2 dicembre.

Ordinarono respingere l'istanza dei fratelli Luvoni, di essere compensati delle l. 25 annue, convenute darsi per l'incomodo di pesare i marmi al laghetto, giacchè negli ultimi quattro anni, stante la perversità dei tempi, ben poco marmo fu condotto a Milano dalle parti della Ganduglia.

*Ducati d'oro ed in oro larghi.*

Parimente ordinarono vendere a Gio. Angelo Biumi della Rovere un diretto dominio ed un fitto livellario annuo, incontrando i denari già sborsati dal medesimo, cioè 40 ducati d'oro ed in oro larghi.

*Canone offerto per l'affitto della conca  
di Viarenna.*

Giovedì, 17 dicembre.

Deliberarono porre all'incanto l'affitto della conca di Viarenna in base all'offerta annuo canone di l. 1500 imp.

*Altare di s. Maria e s. Giuseppe.*

Lunedì, 20 dicembre.

Deliberarono accettare il legato di sc. 200 del sole, ordinato da Agostino de' Parravicino,

a condizione della celebrazione perpetua di un onorifico annuale da celebrarsi dagli Ordinarj ed ufficiali della chiesa, con messa grande in canto, con diacono e suddiacono e colle turme da morto, ai quali Ordinarj ed ufficiali si dovranno corrispondere annualmente l. 8; ed avendo anche comandato che il suo cadavere sia sepolto nella chiesa maggiore presso l'altare di s. Maria e di s. Giuseppe, costruendovi un sepolcro nuovo a spese della sua eredità.

*Canone d'affitto della conca di Viarenna.*

Giovedì, 30 dicembre.

Deliberarono l'affitto della conca di Viarenna per annue l. 2400.

*Nota.* Il rozzo cronista Burigozzo al 1529 dice che un frate « predicando in Duomo, fu causa, colle sue esortazioni, che il vicario generale introducesse in Duomo e in tutte le chiese parrocchiali la divozione delle quarant'ore. » Altri ne darebbe merito al padre Zaccaria, fondatore de' Barnabiti, nel 1534.

1530.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi.

*Vicario di provvisione:* Francesco de' Pegii o Pecchio.

*Ordinari:* Andrea de' Cermenate primicerio e Gaspare Fagnano.

*Dottori di collegio:* Francesco della Croce juniore, Gian Battista Raimondo ed Urbano Trivulzio.

*Deputati delle porte:* orientale, Ludovico de' Dugnano; romana, Francesco de' Girami e Gio. Francesco Rozio; ticinese, Paolo della Croce; vercellina, Gio. Francesco Capra e Cesare de' Rho; comasina, Gerolamo de' Melzo ed Agostino de' Terzago; nuova, Gio. Angelo de' Dugnano ed Adriano de' Sovico.

*Aumentano il salario  
all'architetto Cristoforo Lombardo.*

Lunedì, 24 gennaio.

Ordinatum fuit per modum provixionis, attenta temporanea qualitate, quod magister Christophorus Lombardus, architectus praefatae fabricae, a calendis praesentis mensis januarii in antea, habeat l. 24 imp. omni mense pro ejus salario, et vinum eidem magistro Christophoro dari solitum; et hoc etiam pro ejus benemeritis, et attenta ejus solitudine et bona diligentia ipsius magistri Christophori versus praefatam fabricam.

Giovedì, 27 gennaio.

Resosi defunto Martino Scaravaggio, causidico e procuratore generale della fabbrica, elessero in sua vece il dottore e causidico Gian Giacomo Rusca, che si offerse disimpegnarne le incumbenze gratuitamente.

Giovedì, 17 febbraio.

Nominarono ragioniere della fabbrica Marino Angelo di Castelfranco, col salario mensile di fior. 8, del valore di s. 32 imp. cadauno.

Parimente nominarono maestro gestore di negozj Gabriele de' Micherii, col salario mensile di fior. 4.

*Prezzo di stabili in Cassano d'Adda.*

Lunedì, 21 febbraio.

Deliberarono accettare l'offerta per vendita di una vigna di pert. 90, situata in Cassano d'Adda, per il prezzo di l. 11 alla pertica, esponendosi le relative cedole per l'asta.

*Canone d'affitto dei dazj di Cassano.*

Lunedì, 28 febbraio.

Previa l'asta, deliberarono l'affitto dei dazj di pane, vino e carni della terra di Cassano sull'Adda, pieve di Corneliano, insieme alla ghiaja e peschiera del fiume Adda, per il prezzo di l. 490 imp. all'anno.

*Prezzo di stabili in Casorate.*

Lunedì, 8 marzo.

Deliberarono accettare l'offerta per la vendita di alcuni beni in Casorate per il prezzo di l. 8 alla pertica, esponendosi le cedole per l'incanto.

*Effetti della guerra  
in territorio di Cassano d'Adda.*

Giovedì, 31 marzo.

Il conduttore dei beni di Cassano d'Adda domanda la risoluzione del contratto d'affitto

[1530]

e la remissione del debito pel fitto dell'anno scorso, perchè in quel territorio vennero le milizie della signoria veneta, le quali tagliarono e svelsero tutti gli alberi e le piante, distrussero tutti gli edificj all'intorno, eressero dei bastioni, fecero prigionieri, depredarono e condussero seco tutti gli abitanti di quella terra e dei luoghi circostanti insieme coi loro giumenti. Incaricarono altro dei deputati di verificare e poi riferire.

*Vendono ai deputati del Monte di Pietà una casa in parrocchia di s. Nazaro alla pietra santa.*

Giovedì, 7 luglio.

Deliberarono cedere definitivamente ai deputati del Monte di Pietà, per il prezzo di

245

l. 3000, il sedime di casa situato in porta comasina, parrocchia di s. Nazaro alla pietra santa, denominato la casa del Monte di Pietà.

*Pretore di Volpedo.*

Giovedì, 14 luglio.

Elessero pretore di Volpedo Polidoro da Tolentino.

*Canone d'affitto della conca di Viarenna.*

Lunedì, 19 dicembre.

Deliberarono affittare la conca di Viarenna per anni due per l'annuo canone fitalizio di l. 1800, ultima offerta ottenuta all'asta.

1531.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi.

*Vicario di provvisione:* Urbano Trivulzio.

*Ordinari:* Andrea de' Cermenate primicerio, Gaspare de' Fagnano e Giacomo Zerbo.

*Dottori di collegio:* Catellano Cotta, Francesco de' Grassi e Gio. Battista Panigarola.

*Deputati delle porte:* orientale, . . . . .; romana, Gio. Francesco Rozio e Benedetto Trivulzio; ticinese, Gerolamo de' Conti e Paolo della Croce; vercellina, Gio. Francesco Capra e Filippo Pirovano; comasina, Gio. Francesco de' Melzo ed Agostino de' Terzago; nuova, Gerolamo de' Calco e Gio. Angelo Dugnano.

Giovedì, 26 gennaio.

Confirmatus fuit magnificus dominus Johannes Angelus de Dugnano ex praefatis dominis praefectis in thesaurarium praefatae fabricae pro anno praesenti tantum.

Similiter confirmatus fuit dominus Honofrius de Burris per modum provixionis in superstitem cassinae lapicidarum praefatae fabricae pro anno praesenti tantum, cum sallario et vino eidem dari solito.

Postremo ellectus fuit dominus Johannes Antonius de Vicomercato per modum provixionis in magistrum et negotiorum gestorem praefatae fabricae pro anno praesenti tantum cum salario solito.

Giovedì, 2 marzo.

Deliberarono vendere un diretto dominio o fitto livellario di l. 48, s. 12 imp. per il prezzo di l. 694, s. 5, d. 9, in ragione cioè del 7 per cento, omettendo ulteriore esperimento d'asta.

*Pretore di Volpedo.*

Giovedì, 27 aprile.

Elessero pretore di Volpedo Gio. Battista Grattone.

Giovedì, 17 agosto.

Cum dominus Johannes Antonius de Vicomercato magister et negotiorum gestor praefatae fabricae ellectus fuerit in praetorem terrae Assii, vellentque praefati domini praefecti de alio magistro et negotiorum gestore praefatae fabricae providere, ne dicta fabrica ali-quod detrimentum patiatur; ideo praefati domini praefecti elligerunt et elligunt per modum provixionis dominum Bartholomaeum de Barbatis in magistrum et negotiorum gestorem praefatae fabricae, loco dicti domini Johannis Antonii, et hoc ab hodie in antea usque ad calendas mensis januarii proxime futuri tantum, cum sallario mensuali eidem domino Johanni Antonio dari solito.

1532.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi; ai 16 maggio Ghilino de' Ghilini, vescovo comacense, vicario e luogotenente dell'arcivescovo.

*Vicario di provvisione:* Urbano de' Trivulzio.

*Ordinari:* Andrea de' Cermenate primicerio, Gaspare Fagnano e Giacomo Zerbo.

*Dottori di collegio:* Francesco Archinto, Pier Paolo Casate e Gio. Battista Pecchio.

*Deputati delle porte:* orientale, Baldassare Capra e Gio. Enrico Pagnano; romana, Benedetto Trivulzio e Gian Giacomo Lattuada; ticinese, Bernardo Omodeo e Gerolamo de' Conti; vercellina, Ottaviano Taverna e Filippo Maria Pirovano; comasina, Agostino de' Terzago e Gerolamo de' Melzo; nuova, Bernardino de' Casate e Gerolamo de' Calco.

Giovedì, 11 gennaio.

Elessero Tomaso della Porta all'ufficio delle liste e di sollecitatore delle cause, col salario mensile di l. 8, s. 13 imp.

Addi 8 febbraio.

Christoforo de Arluno, lapicidae fabricae, l. 12 imp., occasione laboreriorum per eum factorum in praefata fabrica in anno proxime praeterito.

Giovedì, 15 febbraio.

Deliberarono all'asta pel prezzo di l. 130 imp. la vendita di un sedime di casa in porta comasina, parrocchia di s. Protaso in campo fuori di Milano, composto di due camere terrene con superiore solajo diroccato, ed altri edificj del pari diroccati, corte, pozzo ed orto.

*Conseguenze della guerra per gli stabili in territorio di Arcore.*

Lunedì, 19 febbraio.

I fratelli Simonetta chiedono di essere assolti dal loro debito per fitto livellario di annue l. 130 imp., dovuto sopra beni situati in territorio di Arcore, relativamente agli anni 1528 e 1529, perchè quei beni non poterono essere coltivati in causa delle guerre, che si combatterono in quei tempi in detto territo-

rio e luoghi circostanti. Il Consiglio delibera demandare la cosa per esame a due deputati, coll'incarico di riferire nel termine di giorni dieci.

*Conseguenze della guerra per gli stabili in territorio di Cuggiono.*

Giovedì, 22 febbraio.

Da Nicolino de' Marinoni è del pari domandato il condono del suo debito per fitto livellario degli anni 1528 e 1529, che prestasi su fondi situati in territorio di Cuggiono, perchè in detti anni furono infruttiferi in causa delle guerre ivi combattute. Il Consiglio domanda a due deputati di conoscere, se esso Nicolino si trovi nel caso del condono ordinato per gli anni 1528 e 1529 dal relativo decreto.

*Indulgenza per la festa dell'Annunciazione.*

Addi 19 marzo.

Antonius miseratione divina tituli sanctorum Quatuor Coronatorum sanctae romanae ecclesiae presbyter cardinalis, domini nostri papae major poenitentiarius, ad serenissimum dominum dominum Carolum Romanorum imperatorem semper augustum in Hispaniam redeuntem, et quaecumque loca, ad quae nos declinare contingerit, ipsius domini nostri papae et apostolicae sedis de latere legatus. Univer-



sis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ex commisso nobis ab apostolica sede officio illius partes ad ea libenter convertimus, per quae Christifideles in divinae majestatis conspectu salutis aeternae praemii effici valeant digniores. Dudum siquidem sanctissimus dominus noster Clemens papa VII, cupiens Christifideles metropolitanam ecclesiam mediolanensem in festo Annunciationis beatae Mariae proximo futuro visitantes animae suae salutem consequi, de omnipotentis misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confusus, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, seu statutis a jure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui ecclesiam praedictam in dicto Annunciationis festo proximo futuro a primis vespere usque ad occasum solis ejusdem festi inclusive devote visitaverint, et inibi ore vel corde oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem apostolica auctoritate per suas litteras misericorditer concessit, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut dilecti nobis in Christo venerabiles viri capitulum dictae ecclesiae nobis exponi fecerunt, ipsi summopere cuperent, ut Christifideles ad hujusmodi indulgentiam consequendam aptiores reddantur, aliqui confessores, qui fidelium eorumdem confessiones audiant, deputari; quare praefati capitulum nobis fecerunt humiliter supplicari, ut eorum honestis desideriis in praemissis annuere nostra auctoritate digneremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, apostolica auctoritate tam ratione nostri officii majoris poenitentiarum, quam legationis muneris per apostolicae sedis litteras, quarum tenorem praesentibus inserere minime tenemur, commissa, et qua fungimur in hac parte, dilecto nobis in Christo venerabili viro moderno vicario reverendi in Christo patris domini archiepiscopi mediolanensis in spiritualibus generali, ut presbyteros ydoneos in numero, qui dicto vicario videbitur opportunos, saeculares, vel quorumvis etiam mendicantium ordinum regulares, qui quorumlibet utriusque sexus confessiones a primis vespere usque ad occasum solis ejusdem Annunciationis festi inclusive dumtaxat audire, et fideles singulos

[1532]

hujusmodi, eorum confessionibus auditis, in quibusvis etiam sedi praedictae reservatis casibus, praeterquam contentis in bulla Coenae Domini, absolvere, et pro commissis poenitentiam salutarem injungere, nec non vota quaecumque, ultramarino, visitationis liminum Apostolorum Petri et Pauli, ac s. Jacobi in Compostella, religionisque et castitatis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, ac juramenta quaecumque sine juris alieni praesentibus relaxare valeant, deputandi tenore praesentium licentiam et liberam facultatem elargimur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus post dictum Annunciationis festum minime valituris.

Datum Mediolani anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo trigesimo secundo, quartodecimo kalendas aprilis, pontificatus praefati sanctissimi domini nostri Clementis papae VII anno decimo.

*Sign.* A. cardinalis ss. Quatuor major poenitentiarum et legatus.

L. Castellar.

Petrus Johannes de Viterbio, secretarius.

Georgius Vazquez.

Addi 29 marzo.

Magistro Antonio de Nava, lapicidae fabricae, l. 10, s. 10 imp., occasione laborerorum per eum factorum pro fabrica a kalendis februarii usque ad diem quintam praesentis mensis.

Addi 23 aprile.

Christoforo Lano, lapicidae, l. 15, s. 17, d. 3 imp. pro operibus 48 et horis 8 1/2 factis pro fabrica, ad computum s. 6, d. 6 pro singulo opere.

Mafeo de Munte, lapicidae fabricae, l. 10, s. 11, d. 6, occasione operum 23 1/2 per eum factorum in mense martii.

Addi 4 maggio.

Ambrosio de Massalia filio Jacobi, lapicidae fabricae, l. 1, s. 7, d. 6 imp. pro giornatis 11 per eum factis pro fabrica in mense februarii proximo praeteriti ad computum s. 2, d. 6 pro qualibet giornata.

[1532]

*Conseguenze della passata guerra.*

Mercoledì, 8 maggio.

Audita relatione oretenus facta coram praefatis dominis praefectis per reverendum Gasparem de Fagnano et magnificum dominum Baldesarem Capram de restauro per eos facto domino Francisco de Imperialibus suo et nomine domini Evangelistae fratris sui de l. 792, s. 10 imp., et hoc pro omni et toto eo, quod praedicti domini fratres ac etiam haeredes quondam Johannis Mariae de Imperialibus quovis modo petere posset praefatae fabricae tam occasione belli, quod viguit in statu Mediolani, quam ob mortalitatem hominum in cultivatione bonorum, et decreti ducalis editi super hac materia de annis 1528 et 1529 proximo praeteritis, quam etiam qualibet alia causa et occasione ab anno 1531 inclusive retro, pro et occasione possessionis et bonorum cassinae de Imperialibus praefatae fabricae alias locatorum per agentes nomine praefatae fabricae praefato quondam domino Johanni Mariae de Imperialibus, ordinatum fuit dictam relationem cum dicto restauro esse exequendam et executioni mandandam, prout supra dictum est.

Giovedì, 23 maggio.

et pro praedictis procedere, ac si praedicta omnia et singula coram nobis coepta fuissent, et jurisdictione vestra et cujuslibet vestrum et praedictis omnibus et singulis per institutionem vel modum alium perpetuata legitime extitisset, constitutione praedicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstantibus; praedictis perpetuis et futuris temporibus duraturis.

Datum Romae apud s. Petrum, octavo calendae septembris, pontificatus nostri anno duodecimo.

Et a praefato reverendo domino abbate conservatore apostolico antedicto dictis sindicis et procuratoribus dictis nominibus petiit, et debita cum instantia requisivit et petit et requirit, qualiter velit et debeat ad executionem praefatarum litterarum apostolicarum conservatoriarum et contentorum in eis procedere contra violantes et occupantes et detinentes ac usurpantes bona, res et jura ad eandem fabricam spectantia, seu ea detinentibus auxilium, consilium, juvamen et favorem praestantes, nec non eisdem dominis deputatis seu fabriceris nomine dictae fabricae molestias, turbationes, injurias, jacturas, damna et impedimentum quomodolibet inferentes, et eos nomine ipsius fabricae ac ipsam fabricam ab hujusmodi injuriis, turbationibus et impedimentis, damnis et jacturis in ejus fabricae bonis et juribus conservare, ac eisdem dominis deputatis efficacis defensionis praesidio assistere, nec non in quibuscumque causis movendis ad instantiam praedictorum dominorum deputatorum nomine ipsius fabricae justitiam ministrare, et alia agere et facere velit et debeat, juxta formam et continentiam ac tenorem praedictarum litterarum apostolicarum conservatoriarum, ac traditam seu directam per eas a sede praedicta sibi formam.

Praefatus, autem reverendus dominus abbas judex et conservator apostolicus antedictus praedictas litteras apostolicas conservatorias cum ea qua decuit reverentia recepit et obtulit eas exequi; sed fuit et est variis et diversis ejus et dictae suae abbatiae et monasterii negotiis multipliciter, ut dixit, praepeditus, adeo quod expeditioni et executioni ipsarum litterarum apostolicarum conservatoriarum, ac cognitioni et decisioni causarum movendarum

pro tempore per praedictos dominos deputatos nomine dictae fabricae contra suprascriptos, ut supra, specificatos comode vacare nequit, revocando prius ac revocavit et revocat quascumque alias commissiones et subdelegationes per eum factas, si quae facta reperirentur virtute memoratarum litterarum apostolicarum ad instantiam praedictorum dominorum deputatorum dictae fabricae seu eorum agentium; qua revocatione sic facta, praefatus reverendus dominus abbas, judex et conservator apostolicus antedictus, attentis impedimentis praedictis, plurimum confidens in Domino de circumspectione, scientia, confidentia, experientia, rectitudine et integritate reverendorum dominorum pro tempore vicariorum sedis archiepiscopalis Mediolani, et sedis episcopalis papiensis, et sedis episcopalis laudensis, et sedis episcopalis comensis, nec non reverendi domini pro tempore archidiaconi ecclesiae scalensis Mediolani, ac reverendi domini praepositi praepositurae s. Mariae de la canonica Mediolani ordinis Humiliatorum, ac reverendi domini praepositi ecclesiae s. Bassiani de Gradella laudensis diocesis, Mediolani convocatos, per quos sperat quod ea quae sibi duxerit committenda, bene et laudabiliter ac secundum Deum adimplere curabunt. Idcirco praedictus reverendus dominus abbas, judex et conservator apostolicus antedictus, tenore praesentis instrumenti et alias omnibus modo, jure, via, causa et forma, quibus melius potuit et potest, totalem expeditionem et executionem praedictarum litterarum apostolicarum, nec non executionis et decisionis quarumcumque causarum pro tempore movendarum ad instantiam praedictorum reverendorum dominorum deputatorum dictae fabricae contra quoscumque ut supra, et omnimodas vices suas sibi in praemissis competentes eisdem reverendis dominis pro tempore vicariis, archidiacono et praepositis superius nominatis et cuilibet eorum in solidum commisit et subdellegavit, et committit et subdellegat, donec eas ad se duxerit revocandas.

Et de praedictis rogatum fuit per me notarium instrumentum publicum confici debere.

Actum ut supra, praesentibus ibidem dominis Francisco de Nidaxiis, filio quondam domini Ludovici, portae novae, parochiae s. Andreae ad pusterlam novam Mediolani, et Joseph

[1542]  
de Cupis, filio quondam magistri Jacobi, portae romanae, parochiae s. Nazarii in brolio Mediolani, testibus idoneis ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

*Sign. Fabricius.*

Ego Johannes Jacobus Moltenus, filius quondam domini Pauli, portae orientalis, parochiae s. Babilae intus Mediolani, publicus apostolicae imperialique et curiae archiepiscopalis Mediolani auctoritatibus notarius, praemissum instrumentum rogatus tradidi et subscripsi, signumque meum apposui consuetum in fidem et testimonium praemissorum.

*Gian Bellino, pittore.*

Addi 5 agosto.

Pro pictura et mercede duarum figurarum beatae Virginis Mariae, pictarum per magistrum Johannem de Belinis, una videlicet super domo Cassini Pismontis, et altera super domo bettolini Cassini Pismontis, l. 16, s. 10.

Addi 19 ottobre.

Domino siniscalcho hospitalis magni Mediolani, occasione resti portionis spectantis fabricae pro mittendo magnificos oratores ad

illustrissimum dominum marchionem del Vasto, generalem gubernatorem caesareum in Statu Mediolani, causa cleri Mediolani, l. 8, s. 19, d. 6.

Addi 21 ottobre.

Magistro Johanni Belino, pictori, pro ejus mercede operum factarum in depingendo in sacristia dominorum veglonorum ecclesiae majoris Mediolani, l. 97.

Addi 30 ottobre.

Receptum per magistrum Christoforum Migatium, ferrarium, l. 27, s. 13, ei solutas per agentes paratichorum Mediolani, et diversimode expensas pro pictura et ornatu loci, in quo congregantur ipsa paratica.

Pro certis expensis factis circa balduchinum damaschi cremisilis, factum per dominum Alfonso de Cavaleriis pro usu illustrissimi domini marchionis del Vasto, gubernatoris Status Mediolani.....

Addi 31 dicembre.

Magister Baldesar Vianela de Padua, inzi-gnerius fabricae, debet habere pro ejus salario mensium quinque, ad computum l. 12 singulo mense, donec serviverit fabricae, l. 60.

1543.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi.

*Vicario di provvisione:* Pietro Paolo de' Casate.

*Ordinari:* Andrea de' Cermenate primicerio, Galeazzo Giussano, Gio. Andrea Rozio e Giacomo Zerbo.

*Dottori di collegio:* Gio. Angelo de' Coiri, Pomponio Cotta e Gabriele Sessa.

*Deputati delle porte:* orientale, Filippo de' Casate e Gio. Agostino Schiaffenati; romana, Pietro Francesco Brasca e Lodovico Omodeo; ticinese, Paolo della Croce; vercellina, Bartolomeo Aresè e Giacomo Fagnano; comasina, Rizzardo de' Conti ed Agostino Terzago; nuova, Gian Marco Casate e Gio. Angelo Dugnano.

Giovedì, 4 gennaio.

Ellesero:

Alla tesoreria della fabbrica, il deputato Gio. Agostino Schiaffenati.

Al magistrato, Gio. Antonio Calvasina.

Alle munizioni ed alla sovrastanza del tiburio, Agostino de' Rabii.

All'esattoria, coll'obbligo di visitare tutte le possessioni della fabbrica, Aurelio Appiano.

Alla sovrastanza della cassina, Ercole de' Mozate.

Alle liste, Camillo de' Castelfranco.

Addi 6 febbraio.

Magistro Johanni Belino, pro indoratura et ornamento per eum factis figurae s. Rochi, positae subtus voltam novam contraforti, l. 11.

Addi 8 febbraio.

Magistro Johanni Paulo Scotto, pictori, pro ejus mercede diversarum picturarum et aptaturarum pro ornato intratae serenissimi imperatoris Caroli, factae de mense augusti 1541, l. 19, s. 12, d. 6.

Addi 15 marzo.

Johanni Mariae de Oxio, equiti magnifici domini capitanei justitiae Mediolani, et sotiis, occasione mercedis suae contra ortolanos, qui oc-

cupaverunt loca plateae ecclesiae majoris Mediolani indebite et sine aliqua solutione; et ipsi eques et sotii eos ejecerunt extra ipsa loca ex commissione eis facta, l. 5, s. 12.

Addi 20 marzo.

Magistro Julio de Uglo, sculptori, l. 20.

*Gian Giacomo d'Antignate  
costruttore d'organi.*

Mercoledì, 4 aprile.

Diedero l'incarico a tre deputati di far costruire un organo per la chiesa maggiore dal signor Gian Giacomo d'Antignate.

Addi 16 aprile.

Magistro Ambrosio Bataliae et Johanni Petro Sormano, pictoribus, l. 50, pro indoratura cilostorum sex ligni de novo factorum, proponendo intus torzias cereas pro honorantia sacratissimi corporis Domini nostri Jesu Christi in ecclesia majori.

Addi 28 aprile.

Magistro Mathaeo de Monte, pro pictura beatae Virginis Mariae per eum facta super

[1543]

sedimine prope contrafortum praefatae fabricae, l. 3.

*Invasione di locuste nel ducato.*

Lunedì, 7 maggio.

Electi fuerunt magnifici domini Paulus de la Cruce rector venerabilis fabricae templi majoris Mediolani, et Philippus de Casate, ambo ex praefatis dominis praefectis praefatae fabricae, qui habeant provinciam essendi cum aliis magnificis dominis praefectis aliorum locorum piorum civitatis Mediolani, pro providendo circa denarios requisitos praefatis locis piis pro destruendo locustas noviter super ducatu Mediolani multa damna dantes et quae dederunt; et circa praedicta provideant prout eorum prudentiae melius videbitur.

*Agostino Busti, detto il Bambaja.*

Addi 11 maggio.

Magister Augustinus de Busti debet habere pro ejus mercede in laborando figuras marmoreas pro ornato praefatae majoris ecclesiae l. 24 imp. singulo mense, donec laboraverit praedictae fabricae.

Item l. 600 pro cent. 139 marmoris de Carraria in peziis tribus per eum venditi et dati pro usu fabricae, videlicet portae existentis versus cursum portae orientalis Mediolani.

*Prezzo d'affitto di beni in Villandolo.*

Lunedì, 21 maggio.

Previo l'incanto, deliberarono l'affitto dei beni situati in Villandolo, pieve di Rosate, per anni 9, al prezzo di s. 21 imp. alla pertica.

*Prezzo d'affitto di beni nei Corpi Santi di porta vercellina.*

Giovedì, 31 maggio.

Fatta l'asta, deliberarono l'affitto novennale dei beni della Majera, situati fuori di porta vercellina, parrocchia di s. Martino al Corpo, di pert. 1000, al prezzo di imp. l. 650.

285

Addi 12 giugno.

L. 427, s. 11, d. 6 expeditas diversimode tempore introitus facti per illustrissimam dominam dom. Christiarnam, olim ducissam Mediolani, et maxime circa ornatum portae triumphalis.

*La suoneria dell'orologio in Camposanto ridotta soltanto a 12 ore invece delle 24.*

Lunedì, 13 agosto.

Ordinatum fuit aptandum esse de novo horologium Campisancti praefatae fabricae per magistrum Joseph de Mascaronibus, quod non pulset nisi horas duodecim, et hoc expensis propriis ipsius magistri Joseph.

Lunedì, 27 agosto.

Electi fuerunt magnificus juris utriusque doctor dominus Pomponius Cotta et Augustinus de Terzago, ambo ex dominis praefectis venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, ad interveniendum in instrumento venditionis faciendo illustri domino Francisco Tabernae, supremo cancellario, de illis perticis duabus vel circa terrae per praefatum supremum cancellarium requisitis ab agentibus pro praefata fabrica, sitis extra portam cumanam Mediolani, et contiguis bonis supremi cancellarii, et quae bona sunt ex et de bonis relictis per nunc quondam magnificum dominum. Jeronymum Vicecomitem ex praefectis praefatae fabricae; et hoc pro illo pretio, prout melius inter praefatum illustrem supremum cancellarium et praefatos dominos electos concordantes fecerint.

*Donazione del canonico Gio. Andrea Vicomercato per la celebrazione d'una messa all'altare della Presentazione, e d'un sepolcro da eseguirsi dallo scultore Agostino Busti.*

Giovedì, 23 ottobre.

Circa propositionem factam per reverendum juris utriusque doctorem dominum Johannem Mariam Tonsum, curiae archiepiscopalis Mediolani vicarium generalem, nomine reverendi domini Johannis Andreae de Vicomercato, Or-

dinarii ecclesiae majoris Mediolani, quoad pecunias per praefatum dominum Johannem Andream depositatas penes magnificum dominum Jacobum de Fagnano, thesaurarium venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, quae pecuniae ascendunt ad summam scutorum 2200 vel circa, ad finem et effectum eos denarios dandi et exbursandi praefatae fabricae seu agentibus pro ea, pro fabricari faciendo anconam unam marmoream ad altare Praesentationis gloriosissimae virginis Mariae, situm in praefata majori ecclesia, una cum sepulcro marmoreo praefati domini Johannis Andreae, et cum figuris marmoreis juxta formam modelli factum per magistrum Augustinum de Busti sculptorem praefatae fabricae, seu prout ordinatum fuerit per praefatum dominum Johannem Andream, vel ejus executores, et etiam cum onere solvendi omni anno usque in perpetuum per agentes nomine praefatae fabricae lib. 165 imp., in illis modo et forma, prout continetur in ejus domini Johannis Andreae testamento, et etiam cum facultate ipsi domino Johanni Andreae augendi alia onera praefatae fabricae usque ad summam lib. 80 imp. omni anno usque in perpetuum ultra dicta onera, de quibus supra, et an praefati reverendi et magnifici domini praefati praefatae fabricae vellint dictas pecunias ut supra depositas acceptare cum dictis oneribus, de quibus supra, nec ne; praefati autem domini deputati, facto prius inter eos debito scrutinio et collectis vocibus, ordinaverunt et ordinant dictas pecunias per praefatum dominum Johannem Andream depositas penes praefatum dominum Jacobum de Fagnano, prout supra, esse acceptandas cum dictis oneribus, de quibus supra (1).

(1) Fra le statue che decorano questo altare, quella di s. Caterina è di Cristoforo Lombardo. A fianco di esso

[1543]

*Ragguaglio dello scudo d'oro ed in oro d'Italia colla lira imperiale.*

Lunedì, 19 novembre.

Confermando la deliberazione precedente, constatarono che i denari versati dal reverendo Vicomercato ascendono a l. 12,175, s. 11 imp., dei quali sono a spendersi per l'ancona d'altare e pel monumento di marmo l. 3300, corrispondenti a scudi 600 d'oro ed in oro d'Italia, al computo di l. 5, s. 10 ogni scudo.

era stato posto il monumento al Vimercati, ora alquanto guasto, trasportato nella parete della nave estrema meridionale. In una piccola nicchia evvi il busto del benefattore, tenente nella destra un libro aperto, su cui leggonsi le parole: *FORTITUDO MEA DEVS ET ADIVTOR*, e l'iscrizione seguente leggesi nella lapide sottoposta:

JO. ANDREAS VICOMERCATVS  
PROTO. APPLICVS AC HVIVS S.  
ECC. ORDINARIVS SAEPE  
COGITANS SE MORITVRVM HOC  
TERRE SVI CORPORIS POSVIT  
ALTAREQ. HOC DOTAVIT ET  
ANCONAM F. F. PASSVSQ. VARIOS  
LABORES SVB ALEX. VI ET  
SEQUENTIBVS SVM. PONT. VSQ.  
AD PAVLVM III SICVTI SEMPER  
RECTE VIXIT ITA RELIGIOSE  
OBIIT ANNO DNI M.D.  
XLVIII DIE XII MARTII  
ETATIS SVE ANNO LXXVIII.

Sotto questa lapide sta un gentile bassorilievo rappresentante il Redentore addolorato, sostenuto da due angioletti. Sotto la seguente iscrizione veggonsi le effigie del padre e dello zio del Vimercati:

PHILIPPO PATRI ANNO. LXXVIII OBIIT  
ANNO M.CCCCLXXXIII ET NICOLAE  
PATRVO ANNO. LXXXIII QVI OBIIT AN.  
M.CCCCLXXXII, VIRIS FRVGI ET  
INTEGRITATE RARIS JO. ANDREAS  
VICOMERCATVS POSVIT.

1544.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi.

*Vicario di provvisione:* Gio. Battista de' Rajnoldi.

*Ordinari:* Andrea de' Cermenate primicerio, Galeazzo de' Giussano, Gio. Andrea Rozio ed Alessandro Visconti prevosto.

*Dottori di collegio:* Gio. Angelo della Croce, Diamante Marinoni e Gerolamo Monti.

*Deputati delle porte:* orientale, Baldassare Capra e Filippo de' Casate; romana, Lodovico Omodeo e Galeazzo Missaglia; ticinese, Baldassare Barzi ed Alessandro Olocato; vercellina, Bartolomeo Arese e Giacomo Fagnano; comasina, Gio. Francesco Barbavara; nuova, Gio., Angelo Dugnano e Gio. Battista Lattuada.

*Prezzo d'affitto dei dazj d'Abbiategrosso.*  
*Aggio sulle monete.*

Giovedì, 3 gennaio.

Deliberarono per tre anni il fitto dei dazj di pane, vino e carne del borgo di Abbiategrosso per l'annua prestazione di l. 1007, s. 12 imp., con 80 lire d'aggio sulla moneta ogni anno.

*Riparazioni al campanile del Duomo.*

Sabato, 10 maggio.

Ordinarono che si repara il campanile del domo de Milano, in modo non habia causa di menare ruina alcuna, et questo quanto più presto si potrà.

Addì 5 giugno.

Infrascriptis lapicidis forensibus, videlicet, magistro Alberto de Carono, Jeronimo ejus filio, Jacobo de Valle Solda et magistro Petro Antonio de Lugano l. 45, s. 11, d. 3, occasione laborerorum per eos factorum circa portam praedictae majoris ecclesiae deversus scalinos versus Compedum, in toto mense maji proxime praeteriti.

Addì 6 giugno.

Pro salario mensis maji magistro Christoforo Lombardo, ingeniario, l. 24.

Magistro Augustino de Busti, sculptori, l. 24.

Magistro Silvio de Ciparelis, pixano, similiter sculptori, l. 24.

Idem in giugno, luglio, agosto.

*Silvio de' Cipparelli di Pisa, scultore.*  
*Salario.*

Lunedì, 9 giugno.

Electus fuit magister Silvius de Ciparelis, pisanus, in sculptorem praefatae ecclesiae majoris Mediolani, et hoc a calendis mensis aprilis proxime praeteriti in ante usque ad beneficium praefatorum reverendorum et magnificorum dom. deputatorum fabricae, cum mensualis salario lib. 24 imp. et brentarum sex vini in anno; et hoc attenta integritate et sufficientia ipsius magistri Silvii in arte sculptoriae.

Addì 16 giugno.

Magistro Conrado de Colonia l. 56 imp. pro giornatis 56 per eum factis circa in vedriatas praefatae majoris ecclesiae, a die 13 martii usque ad ultimam maji.

*Prezzo di terreno in Robiate,*  
*pieve di Brivio.*

Lunedì, 23 giugno.

All'incanto deliberarono la vendita del pezzo di terra vitato in territorio di Robiate, pieve

di Brivio, nel luogo detto alla Rubesta dei Mantegazza presso il monte Orobio, per l. 50 imp. alla pertica (1).

*Misure e consegne de' beni della fabbrica da farsi a' fittabili.*

Lunedì, 7 luglio.

Ordinarono doversi nel termine di mesi due fare le misure e le consegne ai fittajuoli dei beni della fabbrica, a mezzo di maestro Cristoforo Lombardo, architetto, o di maestro Gerolamo Barbavara, marmorino della fabbrica ed agrimensore del comune di Milano, o di maestro Gio. Antonio Crodario, o di altro agrimensore di esso comune.

*Vendita fatta dalla fabbrica al magnifico Gio. Angelo Corio d'una vigna in territorio di Robiate (2).*

Addì 10 luglio.

In nomine Domini. Anno a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, indictione secunda, die jovis decimo mensis julii. Cum sit quod mandato reverendorum et magnificorum dominorum deputatorum regimini venerabili fabricae ecclesiae majoris Mediolani, positae fuerint cedulae in locis solitis et consuetis, pro vendendo infrascriptam petiam terrae avidatae, de qua infra, et eam deliberando plus offerenti et meliorem conditionem praefatae fabricae fatienti, simul cum abochatione facta per infrascriptum magnificum dominum Johannem Angelum de Coyris de ipsa petia terrae, et prout latius in ipsis cedulis continetur, subscriptis per me Johannem Augustinum Confanonerium, notarium et cancellarium praefatae fabricae, sub die vene-

(1) In una supplica di Giovanni Marco Castiglioni, diretta al Senato nel 1543, e letta nel capitolo dei deputati, leggesi: « Caesar invictissime. Cum tanta sit temporum nostrorum calamitas, ut vix quis possit se alere, non autem conditionem suam hedificando vel refficiendo meliorem facere, ideo Jo. Marcus Castillioneus, qui in hoc statu est, et habet domum in praesenti civitate, quae ingentem minatur ruinam, nec ei supersit unde eam reficere possit, » etc.; chiede perciò il permesso di venderla.

(2) Riportasi per intero questo documento, anche quale esemplare dello stile burocratico dei notaj in quel tempo.

ris trigesimo mensis maji proxime praeteriti, seu anno et die in eis contentis; cumque in termino dictarum cedularum deliberandi dictam et infrascriptam petiam terrae, dicta petia terrae deliberata fuerit ad publicum incantum per praefatos dominos deputatos praefatae fabricae dicto et infrascripto magnifico domino Johanni Angelo de Coyris, tunc praesenti et acceptanti, pro pretio librarum quinquaginta imp. pro singula pertica terrae, una pertica computata cum altera, solvendo ipsum pretium in actu venditionis fatiendae de bonis ipsis, et prout latius in ipsa deliberatione continetur, annotata per me notarium infrascriptum sub die lunae vigesimo tertio mensis junii proxime praeteriti, seu anno et die in ea contentis, attento quod nemo comparuit, qui dictae abochationi, ut supra, factae per dictum magnificum dominum Johannem Angelum, quicquam addere voluerit, et in ipsa deliberatione electi fuerint reverendus dominus Andreas de Cermenate, primicerius praefatae majoris ecclesiae, et magnificus dominus Galeaz Missalia, ambo ex praefatis dominis praefectis praefatae fabricae, ad interveniendum et consensum suum nomine praefatae fabricae praestandum in instrumento venditionis de quo infra; cumque postea dicta et infrascripta bona mensurata fuerint de consensu partium per magistrum Christoforum Lombardum, architectum praefatae fabricae ac agrimensorem comunis Mediolani, et reperta fuerint esse perticae triginta novem, tabulae novem, pedi duo et onziae septem per justam mensuram, ut constat ex dicta mensura facta et subscripta per dictum magistrum Christoforum sub die primo praesentis mensis jullii. Modo autem in executione dictae deliberationis ut supra factae, venditionem et datum ad proprium, liberam, francham et absolutam ab omni ficto, censu, conditione, praestatione, servitute et onere alicui dandis, praestandis vel fatiendis, seu etiam substinentis fecit et facit Ambrosius de Nova, filius quondam domini Johannis Antonii, portae novae, parochiae s. Euxebii Mediolani, syndicus et procurator spitalis, et sindicario et procuratorio nominibus praefatorum reverendorum et magnificorum dominorum deputatorum praefatae fabricae, ad hoc et alia fatienda spitaliter constitutus per instrumentum sindicatus

et procurae spitalis, rogatum per me notarium infrascriptum die undecimo mensis augusti, anni cursi millesimi quingentesimi quadragesimi primi, seu anno et die in eo contentis, fatiens tamen dictus syndicus et procurator infrascripta omnia et singula in praesentia et cum auctoritate, consensu, licentia et deliberatione praefatorum reverendi domini Andreae de Cermenate primicerii praefatae majoris ecclesiae, et magnifici domini Galeaz de Missalia, amborum ex praefatis dominis praefectis praefatae fabricae, ad id electorum prout supra, nec non nobilis viri domini Johannis Antonii Calvasinae, filii quondam domini Johannis Petri, portae novae, parochiae s. Domini ad Mazam Mediolani, magistri et negotiorum gestor praefatae fabricae, et cujuslibet eorum ibi praesentium, volentium et consentientium, et dicto sindico et procuratori praefatae fabricae verbum, parabulam, consensum et licentiam dantium et praestantium ad praedicta et infrascripta omnia et singula, non intendentes tamen praefati domini consentientes per praesentem consensum in aliquo sese nec eorum bona, debite referendo, obligare; praefato magnifico domino Johanni Angelo de Coyris, filio quondam magnifici domini Johannis Antonii, portae vercelinae, parochiae s. Naboris et Felicis Mediolani, ibi praesenti, stipulanti et recipienti ac ementi: nominative de petia una terrae avidatae, jacente in territorio de Robiate, plebis Bripii, ducatus Mediolani, ubi dicitur ad Rubestam Mantegatorum, prope montem Robium; cui alias cohaerebat ab una parte accessium, ab alia strata, ab alia domini Laurentii de Ayroldis dicti de Comite de Robiate, et ab alia haeredes quondam domini Perini de Ayroldis, et nunc cohaeret ab una parte strata, ab alia praefati magnifici domini Johannes Angeli de Coyris, ab alia Johannes Antonii de Ayroldis, et ab alia in parte strata sive accessium, et in parte domini Petri Antonii de Ayroldis; et est perticae triginta novem, tabulae novem, pedi duo et onziae septem per justam mensuram, salvo semper et reservato, quod si erratum fuerit in praedictis cohaerentiis, vel aliqua earum, vel numero perticarum, quod propter hoc non noceat veritati, nec veris cohaerentiis, nec vero numero perticarum, sed semper stetur et stari debeat

veritati et veris cohaerentiis et vero numero perticarum.

Item de omnibus et singulis aliis juribus, axiis, accessiis, viis, usibus, ingressibus et regressibus, utilitatibus et comoditatibus, dictis bonis et juribus ut supra venditis, et dicto sindico et procuratori, dictis nominibus, ac praefatae fabricae pro eis et eorum causa et occasione competentibus, pertinentibus, spectantibus et adjacentibus, et in futurum pertinere et spectare valentibus quocumque modo et jure et quacumque causa et occasione. Eo tenore quod de cetero praedictus dominus Johannes Angelus emptor, cum suis haeredibus et successoribus etiam, vel quibus dederit seu daret dicta bona et jura vendita ut supra, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, habeat, teneat, gaudeat, utifruatur et possideat dicta bona et jura vendita ut supra, et de eis et in eis fatiat et fieri fatiat et facere possit et valeat quicquid voluerit, absque contradictione dicti sindici et procuratoris dictis nominibus, ac praefatae fabricae, et praefatorum dominorum deputatorum ad eam et successorum suorum, et cujuslibet alterius personae, cujus fuissent vel dicerentur fuisse dicta bona et jura vendita ut supra. Cedendo, dando, transfereudo, deferendo atque mandando, et cessit, dedit, transtulit, deseruit atque mandavit, et cedit, dat, transfert, deserit atque mandat dictus syndicus et procurator praefatae fabricae, dictis nominibus, eidem domino Johanni Angelo emptori ibi praesenti, stipulanti et recipienti omnia sua, dictis modis et nominibus, quibus supra, ac praefatae fabricae, jura, omnesque suas, modis praedictis, actiones, rationes et facultates utiles et directas, reales et personales, mistas atque ipothecarias, exceptiones, replicationes, usus, defensiones et retentiones, et quaecumque alia jura ipsi sindico et procuratori, dictis modis et nominibus quibus supra, ac praefatae fabricae, quocumque modo et jure, et quacumque causa et occasione competentia et competentes, et competituras et competitura modis omnibus in ipsis, pro ipsis et super ipsis bonis et juribus venditis ut supra, et eorum causa et occasione. Et hoc contra et adversus datores suos modis praedictis, et datorum suorum modis praedictis datores, et eorum et cujuslibet eorum

fidejussores, haeredes, res et bona, et contra detentores et possessores suos modis praedictis, et bonorum et rerum suarum, quae sunt, fuerunt, aut erunt, et contra quaslibet alias personas et quaelibet alia bona, quae ad haec tenerentur et obligata essent pro praedictis et eorum causa et occaxione et in solidum. Et volens dictus syndicus et procurator dictis nominibus plenum dominium et plenam possessionem dictorum bonorum et jurium venditorum ut supra, in praefatum dominum Johannem Angelum emptorem, ibi praesentem, stipulantem et recipientem, transferre, dare et derelinquere, constituit se, modis praedictis, tenere et possidere dicta bona et jura vendita ut supra, nomine praefati domini emptoris ibi praesentis et stipulantis et pro eo, donec praefatus dominus Johannes Angelus emptor corporalem possessionem et tenutam dictorum bonorum et jurium venditorum, ut supra, intraverit et deprehenderit, et quam ex nunc intrandi et apprehendendi, et apprehensam retinendi dictus syndicus et procurator, dictis modis et nominibus quibus supra, eidem domino emptori praesenti et stipulanti, et cuilibet ejus nuntio et procuratori et pro eo et ejus nomine, plenam et omnimodam dedit et concessit, et dat et concedit facultatem, auctoritatem et bailiam. Et cui dominio et possessioni vel quasi praedictorum bonorum et jurium venditorum ut supra, confestim et illico renuntiavit et renuntiat in manibus praefati domini emptoris, ibi praesentis, stipulantis et recipientis; et eum dominum emptorem, praesentem, et ut supra, suum certum missum, nuntium et procuratorem in rem suam, modis praedictis ac praefatae fabricae, fecit et facit, ac ipsum dominum emptorem praesentem, et ut supra, in ejus syndici et procuratoris, dictis nominibus ac praefatae fabricae, locum, jus et statum, in omnibus et per omnia posuit et ponit, ita ut sit et succedat, et esse et succedere debeat, prout erat dictus syndicus et procurator dictis nominibus ac praefatae fabricae, ante hanc venditionem et datum, in, de, pro et super dictis bonis et juribus venditis ut supra, et eorum causa et occaxione; et quod possit et valeat ita habere, tenere, exigere, petere, consequi, recuperare et habere, ac agere, excipere et replicare, et qualibet alia a-

ctione et retentione uti et se tueri, et omne suum jus exercere utiliter, viriliter et directe, realiter et personaliter et mistim, et modis omnibus, quibus et prout et sicut et quemadmodum poterat, potuisset et posset dictus syndicus et procurator, dictis nominibus ac praefatae fabricae et agentes pro ea, ante hanc venditionem et datum, et ac si praesens venditio facta non esset.

Quare dictus syndicus et procurator praefatae fabricae dictis nominibus promisit et vadium dedit, obligando omnia bona et jura praefatae fabricae, mobilia et immobilia, praesentia et futura, et etiam supelectilia domus, et ea bona et jura, quae alias verisimiliter de jure non cadunt, sive non veniunt, aut non comprehenduntur in obligatione generali, pignori, praefato magnifico domino Johanni Angelo emptori, ibi praesenti, stipulanti et recipienti, quod semper et omni tempore dicta bona et jura, vendita ut supra, libera et expedita tradet et consignabit praefato domino emptori et suis haeredibus et successoribus, ac illa defendet, manutenebit, guarentabit, auctorizabit et desbrigabit ab omni persona et personis, comuni, collegio, capitulo, consortio et universitate et ab omni ipotheca. Et haec omnia in forma comuni et juris, et secundum jus, et prout verus venditor de jure tenetur vero emptori. Et item in omnem casum et litem et litis eventum, quod praefatum dominum emptorem et ejus haeredes et successores, et cui vel quibus dederit seu daret dicta bona et jura vendita ut supra, semper et omni tempore exonerabit, deliberabit et indemnem et indemnes et indemniam et illaesa praestabit et conservabit, auctorizabit et desbrigabit ab omnibus suis, modis praedictis ac praedictae fabricae et cujuslibet alterius personae cujus fuissent, vel dicerentur fuisse dicta bona et jura vendita ut supra, debitis, et etiam ab omnibus fodris, talleis, mutuis, conditiis, taxis et oneribus olim impositis et de cetero imponendis per dominum dom. duces nostrum, vel comune Mediolani, sive per aliam personam inde virtutem et potestatem habentem, causa vel facto dicti syndici et procuratoris dictis nominibus ac praefatae fabricae et praefatorum dominorum deputatorum ad eam, et cujuslibet alterius personae ut supra. Et quod

ponet et inducet praedictum dominum emptorem praesentem et ut supra, et quemlibet ejus nuntium et procuratorem, in corporalem possessionem et tenutam dictorum bonorum et jurium venditorum ut supra, et positum et inductum manutenebit et defendet in eadem. Et item quod praesentem venditionem et datum, et omnia et singula in praesenti instrumento contenta, attendet, observabit, adimplebit, et executioni mandabit, et ratum, gratum et firmum, et rata, grata et firma habebit et tenebit, et nullo tempore contrafatiet nec veniet aliqua ratione nec causa, de jure nec de facto, in iudicio nec extra. Et haec omnia sub refectione et restitutione omnium expensarum, damnorum et interesse fiendorum et patientium in lite et extra. Et praedicta omnia et singula etiam infrascripta fatiet dictus syndicus et procurator dictis nominibus omnibus suis, modis praedictis, propriis expensis, damnis et interesse, et sine aliquibus expensis, damnis et interesse praefati domini emptoris. Et quod reddet et restituet praefato domino emptori praesenti, et ut supra, omne damnum, interesse et dispendium, quam proinde fieret et pateretur.

Quam quidem venditionem et datum et praedicta omnia et singula suprascripta fecit et facit dictus syndicus et procurator praefatae fabricae, dictis nominibus, praefato domino Jo. Angelo emptori, ibi praesenti et stipulanti pro pretio et merchato per et inter dictos contraheutes, suis et dictis nominibus, facto, concluso et firmato librarum mille novem centum sexaginta novem et soldorum quatuor imp. Quas quidem libras mille novem centum sexaginta novem et soldos quatuor imp. dictus syndicus et procurator, dictis nominibus, contentus et confessus fuit, et confitetur et dicit et protestatur se recepisse et habuisse, et quod recepit et habuit a praedicto domino Johanne Angelo emptore, ibi praesente et stipulante, et qui dedit et solvit dictas libras mille novem centum sexaginta novem et soldos quatuor imp., et de quibus ibidem praesentialiter datae et numeratae fuerunt per dictum dominum Johannem Angelum emptorem dicto syndico et procuratori praefatae fabricae librae mille quatuorcentum sexaginta novem et soldi quatuor imp. Et haec omnia

pro plena et completa solutione et integra satisfactione pretii et merchati dictorum bonorum et jurium venditorum ut supra, et praesentis venditionis, computatis tamen et compensatis in praesenti venditione et pretio ejusdem illis libris quingentesimo imp., usque die vigesimo septimo mensis junii proxime praeteriti datis et numeratis per praedictum dominum Johannem Angelum emptorem domino Francisco de Regnis vice thesaurario praefatae fabricae praemissorum occaxione, prout ad libros praefatae fabricae apparet. Renuntiando exceptioni dictus syndicus et procurator praefatae fabricae, dictis nominibus, non receptorum et non habitorum dictorum denariorum dicta occaxione, et spe futurae receptionis, et non facti hujus instrumenti venditionis sic et taliter ut supra, et praedictorum et infradictorum omnium et singulorum non ita et taliter actorum et factorum, omnique probationi et defensionem in contrarium. Item renuntiando dictus syndicus et procurator, dictis nominibus, voluntarie, sponte et ex certa animi scientia, et non per aliquem errorem juris vel facti, exceptioni quod non possit aliquo futuro tempore dicere, opponere nec allegare, se modis praedictis deceptum aut laesum fore vel esse in dimidia vel ultra dimidiam justi pretii seu valoris praedictorum bonorum et jurium venditorum ut supra, nec praedicta bona et jura vendita ut supra fore et esse meliora et majoris pretii pretio suprascripto seu valore. Et quod si quo tempore meliora et majoris pretii pretio suprascripto seu valore reperirentur esse dicta bona et jura vendita ut supra, ex nunc prout ex tunc, dictus syndicus et procurator, dictis nominibus, per viam transactionis, pacti et concordii, ac finis et remissionis, fecit et facit praefato domino Johanni Angelo emptori, ibi praesenti et stipulanti, confessionem, finem, liberationem, donationem, perdonationem, transactionem, translationem et totius sui, modis praedictis, juris remissionem, quietationem et absolutionem, ad pactum perpetuum de non petendo, et de ulterius non agendo de ipso pluri et majori pretio et toto superfluo, vel ejus occaxione; sciens dictus syndicus et procurator, dictis nominibus, verum pretium et valorem dictorum bonorum et jurium vendi-

torum. ut supra, ut dixit et protestatus fuit, et dicit et protestatur ad instantiam praedicti domini emptoris ibi praesentis et stipulantis. Ac etiam renuntiando dictus syndicus et procurator praefatae fabricae, dictis nominibus, legi secundae codicis de rescindenda venditione, et omni alio juri et auxilio usus et legis, juris et facti, quo seu quibus melius se tueri vel juvare posset.

Quae omnia et singula superscripta facta fuerunt et sunt, ac fiunt eo enim acto, dicto et pacto, quod si pro praedictis vel aliquo praedictorum vel eorum occasione agi contingerit, possit dictus syndicus et procurator, dictis nominibus, semper et omni tempore, ubique terrarum et sub quolibet iudice et auditore, realiter et personaliter conveniri. Renuntiando omnibus feriis et dilationibus causarum, et cuilibet interdicto earum. Et quod dictus syndicus et procurator, dictis nominibus, dare non possit in solutum praedicto domino emptori pro praedictis vel aliquo praedictorum, vel eorum occasione, cartas nec notas debiti communis Mediolani, nec aliquid aliud, praeterquam bonam pecuniam numeratam, contra voluntatem praefati domini emptoris. Renuntiando omnibus statutis, consiliis et ordinamentis factis vel fiendis per dominum vel comune Mediolani, sive per aliam personam in contrarium. Et constituit dictus syndicus et procurator, dictis nominibus, se tenere et possidere vel quasi omnia bona et jura praefatae fabricae nomine praefati domini emptoris et pro eo, ita quod possit et sibi liceat et licitum sit sua auctoritate propria, et cum auctoritate iudiciali et sine, et prout maluerit, et sine aliquo servitore, banno et nuntio communis Mediolani, ubique accipere, robare, contestare, saxire, sequestrare, occupare, capere, detinere, possessionem intrare, et in solutum accipere et retinere, tenere et possidere, vendere et alienare de bonis et rebus praefatae fabricae, usque ad plenam et completam solutionem et integram satisfactionem omnis et totius ejus, pro quo agi contingerit. Et pro hoc non intelligatur quod ei vis, fortia vel violentia fiat, facta sit vel illata. Renuntiando omni accusationi, probationi et defensionibus, quas proinde perinde facere vel inferre posset. Et quae quidem librae mille quatuorcentum sexaginta novem et soldi qua-

tuor imp., ibidem praesentialiter datae per praefatum dominum Johannem Angelum emptorem dicto syndico et procuratori praefatae fabricae, dictis nominibus, datae et consignatae fuerunt per dictum syndicum et procuratorem praefatae fabricae, dictis nominibus, dicto domino Francisco de Regnis, filio quondam domini Ambrosii, portae orientalis, parochiae s. Johannis ad fontes Mediolani, vice thesaurario praefatae fabricae, ibi praesenti et confitenti eas libras mille quatuorcentum sexaginta novem et soldos quatuor imp. ibidem praesentialiter recepisse et habuisse a dicto syndico et procuratore praefatae fabricae, prout supra.

Actum in sala audientiae praefatorum dominorum deputatorum praefatae fabricae, sita in Camposancto post praefatam majorem ecclesiam, coram Caesare de Confanoneriis, filio mei notarii infrascripti, portae orientalis, parochiae s. Johannis ad fontes Mediolani, et Rolando de Luyno, filio domini Pelegrini, portae orientalis, parochiae s. Petri ad ortum Mediolani, ambobus notariis et protonotariis. Interfuerunt ibi testes dominus Augustinus Rabia, filius quondam domini Girardi, portae novae, parochiae ss. Damiani et Cosmae Mediolani; spectabilis dominus Franciscus de Luyno, filius quondam domini Euxebii, portae orientalis, parochiae s. Petri ad ortum Mediolani, et dominus Aluysius de la Cruce, filius magnifici domini Bernardi, portae orientalis, parochiae s. Stephanini in Bregondia Mediolani, omnes noti, ydonei, vocati et rogati.

Ego Johannes Augustinus de Confanoneriis, filius quondam domini Antonii civitatis Mediolani, portae orientalis, parochiae s. Johannis ad fontes, notarius publicus rogatus tradidi et subscripsi.

*Sovrintendenza alle vetriere.*

Giovedì, 27 novembre.

Incaricarono il reverendo Galeazzo Giusano, altro de' deputati, di sovrintendere alla costruzione delle vetriere da farsi nella chiesa, e specialmente a quella dell'altare del sacratissimo Corpo del Signor nostro Gesù Cristo.

*Pavimento.*

Ordinarono completare il pavimento della chiesa maggiore nel modo con cui fu incominciato.

*Convenzioni per la consegna di marmi alla riva della Toce.*

Lunedì, 15 dicembre.

Fra i deputati della fabbrica e maestro Gian Giacomo da Ronco di Ornavasso, furono stipulati i patti per la consegna di quattro navate di marmo della montagna o prederia della Torre: tre navi saranno date per il prossimo futuro mese di maggio e l'altra prima del s. Martino, a spese dell'assuntore, sulla riva del fiume Toce; tutti i pezzi di marmo, che saranno da 3 a 25 centinaja, si pagheranno in ragione di s. 7 al cento; i pezzi da 25 a 45 in ragione di s. 10, e quelli oltre 45 centinaja in ragione di s. 12. Nel termine di un

anno la fabbrica dovrà somministrare al detto maestro Gian Giacomo un camello di corda di braccia 150, et il ferramento idoneo per quattro rote matte, e per un argano, che saranno restituiti subito dopo finita la consegna dei marmi.

Questi dovranno essere squadrati da cinque lati, ed essere sani e netti di rotture. Gli agenti della fabbrica potranno escludere i difettosi.

Si anticiperanno all'assuntore l. 100. Da che avranno notizia che i marmi sono deposti sulla riva del fiume, gli agenti della fabbrica avranno obbligo di mandarli a levare entro un mese.

Qualunque guasto o perdita si verificasse dopo la fatta consegna alla riva della Toce, sarà a carico della fabbrica.

*Sign.* Gio. Andrea Rozio, ordinario.

Galeazzo Missaglia.

Alessandro Olocato.

Io Christoforo Lombardo ho sotto scripto.  
Mi Gian Jacobo fiol quondam di maestro Angelo da Ronco di Ornavasso.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi; suo luogotenente Giacomo Zerbo.

*Vicario di provvisione:* Gerolamo de' Crotti.

*Ordinari:* Francesco Castello, Galeazzo Giussano, Gio. Andrea Rozio e Alessandro Visconti, prevosto.

*Dottori di collegio:* Alessandro Castiglioni, Lucio Cotta, Paolo Pietrasanta.

*Deputati alle porte:* orientale, Baldassare Capra e Francesco Crivello cavaliere; romana, Pietro Maria Maggiolino e Galeazzo Missaglia; ticinese, Lancillotto Crotto e Alessandro Olocato; vercellina, Giacomo Fagnano e Lodovico Maggiolino; comasina, Gio. Francesco Barbavara e Gio. Battista Serbelloni; nuova, Gio. Battista Lattuada e Gerolamo Simonetta.

*Cerusico e barbitonsore. Suo salario.*

Lunedì, 12 gennaio.

Electus fuit magister Petrus martyr de Chignolo, ciroycus et barbitonsor ad medendum lapidas et laboratores periclitantes in servitiis fabricae, cum salario lib. 16 imp. omni anno.

*Prezzo di stabili in Cassina Imperiali, pieve di Gorgonzola.*

Lunedì, 4 maggio.

Previa la gara dell'asta, deliberarono la vendita dei beni in territorio di Cassina Imperiali, pieve di Gorgonzola, a l. 23, s. 4 la pertica.

*Lo scalpellino Stefano de' Dunici è messo a riposo.*

Martedì, 20 giugno.

Stante la vecchiaja dello scalpellino Stefano de' Dunici, in ricompensa dei suoi benemeriti è messo a riposo colla mezza paga.

*Giacomo Antonio de' Ciochini, scalpellino.*

Ellesero Giacomo Antonio de' Ciochini, che era stato già al servizio di scalpellino della fabbrica, a condizione che sia più diligente, morigerato e modesto che in passato. Per sei

mesi non gli sarà dato vino, ma soltanto il salario in danaro nella misura da determinarsi dai signori prefetti.

Addì 3 luglio.

Pro salario mensis junii proxime praeteriti infrascriptis:

Magistro Christophoro de Lombardis, ingegnario, l. 24.

Magistro Augustino de Busti, scultori, l. 24.

Magistro Silvio de Ciparelis, pixano, scultori, l. 24.

*Prezzo d'affitto di stabili nei Corpi Santi di porta comasina.*

Giovedì, 9 luglio.

Previo l'incanto, al quale nessuno si presentò con offerta di aumento, deliberarono l'affitto sejenale dei beni posti in porta comasina, parrocchia di s. Simpliciano di fuori, al luogo detto alla Torre della Scala, per s. 56 imp. ogni pertica.

*Ordinanza del vicario di provvisione in una lite colla fabbrica per occupazione di spazj sulla piazza del Duomo.*

Addì 11 luglio.

1545, die sabbati, undecimo julii in tertiis. Praefati magnifici domini vicarius et duode-

cim deputati provisionis comunis Mediolani. Visa donatione facta per olim nunquam delendae memoriae illustrem Johannem Galeaz Sfortiam Vicecomitem, tunc Mediolani ducem, venerabili fabricae ecclesiae majoris Mediolani de tota platea Arengi Mediolani, prout latius constat litteris patentibus ipsius donationis, datis Viglevani, sexto martii 1491, signatis Bartholomaeus Calchus et sigillatis, sumptisque summariis informationibus oretenus, ex quibus constitit et constat loca, de quibus controversia vertitur inter praefatam fabricam et dominum Aluysium de Casate ac dominum Johannem Donatum de Lomeno et uxorem, et Johannem Angelum de Vertemate, fuisse possessa per ipsam fabricam, ac ordinata et solata expensis ipsius fabricae; et attentà petitione licentiarum oretenus facta per dictos de Casate et de Lomeno etiam nomine uxoris, agentibus pro praefata fabrica, possendi construi facere canepas subterranas subtus dicta loca, visisque aliis videntis, et re saepius et ad longum tractata tam in capitulo praefatae fabricae, quam inter praefatos magnificos dominos vicarium et duodecim deputatos ut supra, et auditis sindicis et agentibus tam praefatae fabricae, quam dictae provisionis, reque bene trutinata et discussa; volentesque praefati magnifici domini vicarius et duodecim bonam fidem agnoscere versus praefatam venerabilem fabricam, sic etiam instante scindico ipsius fabricae: ordinarunt et ordinant, ac declaraverunt et declarant dicta spatia seu dicta loca, de quibus agitur, tam respectu possessionis quam domini propria esse et pertinere et spectare praefatae fabricae, tamquam habenti plenum dominium et possessionem et meliora et potiora jura, quam habeant comunitas Mediolani, neque dicti de Casate et de Lomeno et uxor et praedictus Vertematus, circumscriptisque licentiis factis per ipsos magnificos vicarium et duodecim seu eorum praedecessores dictis de Casate, de Lomeno et uxori ac dicto Vertemato, ordinarunt et ut supra, quod pecuniae solutae seu in depositum datae per dictos de Casate et alios ut supra thexaurario dictae comunitatis restituantur seu relaxentur thexaurario praefatae fabricae tamquam ei debita et pertinentes, cum ad ipsos dominos deputatos praefatae fabricae pertineret facultas

concedendi dictas licentias, permittentes ipsis deputatis pro libito perseverare in dictis licentiis, ac si per eos concessae sint, vel restitutis dictis pecuniis praedictis, qui eas solverunt, uti juribus suis.

Declaraverunt insuper dicti domini vicarius et duodecim, per dictas licentias nullum jus dici posse acquisitum praedictis, quibus concessae fuerunt, super spatiis super platea existentibus, sed solum intelligantur concessae quoad canepas construendas, salvis juribus dictorum spatiorum dictae fabricae, prout erant ante dictas licentias concessas, et quod praedicta comunitas non possit aliquo modo molestari occasione pecuniarum receptarum occasione dictarum licentiarum hinc retro concessarum, neque etiam illi qui solverunt praedictae comunitati, quantum sit pro summa per eos soluta tantum. Et haec omnia praesente spectabili domino Francisco de Luyno, procuratore praefatae fabricae acceptante, etc., et agente gratias praedictis magnificis vicario et duodecim de bona justitia et bono animo versus praefatam fabricam, ac etiam praesente spectabili domino Alexandro Sola, procuratore et scindico praedictae comunitatis.

Postea vero die et hora suprascriptis dominus Franciscus de Regnis, filius quondam domini Ambrosii, portae horientalis, parochiae s. Johannis ad fontes Mediolani, vicethexaurarius praefatae fabricae, contentus fuit et confitetur habuisse, etc., a magnifico domino Hieronymo de Littis et domino Baptista de Busnate thexaurariis praefatae comunitatis omnes pecunias per eos thexaurarios debite refferendo receptas a suprascriptis de Casate, Lomeno et uxore ac Vertemate et aliis hinc retro, causa dictarum licentiarum, et quarumcumque aliarum licentiarum per praefatum dominum vicarium et praedecessores concessarum habentibus apotechas respicientes versus dictam plateam ecclesiae majoris Mediolani, et etiam libras 52 imperialium exbursatas per dominum Andream Orsonum dicto Busnate thexaurario ut supra, occasione unius licentiae concessae de mense januarii 1545 praesentis.

Sign. Crottus, vicarius.

Johannes Bartholomaeus de Homate, provisionum Mediolani notarius et cancellarius.



*Prezzo d'affitto di stabili nei Corpi Santi di porta comasina.*

Giovedì, 20 luglio.

Affittarono parimenti per anni sei il restante dei beni, nel luogo detto alla Torre della Scala, di circa pertiche 68, per il prezzo di l. 3, s. 2.

*Gli scalpellini Michele da Merate e Bernardino da Seregno sono giubilati a mezza paga.*

Venerdì, 31 luglio.

Posero a mezza paga lo scalpellino maestro Michele da Merate, che non può più lavorare in causa di malattia agli occhi, a condizione però che d'ora innanzi debba tenere in custodia i ragazzi tagliapietre della fabbrica, facendoli disegnare ed esercitare nella scultura. Posero pure, per la sua vecchiaja, a mezza paga lo scalpellino maestro Bernardino da Seregno, mandando all'architetto maestro Cristoforo Lombardo l'esecuzione di quanto sopra.

*Sovvenzione di danaro alla città per compera di grano.*

Martedì, 11 agosto.

Deliberarono di esigere il prezzo dei beni della Cassina Imperiali, tuttora dovuto dal compratore, ed adoperare quel danaro per la sovvenzione da farsi, nella porzione assegnata alla fabbrica, per comperare il grano a vantaggio di questa città di Milano, giusta gli ordini del supremo cancelliere.

[1545]

Salarij di luglio:

Magistro Augustino de Busti, scultori.  
Magistro Silvio de Ciparelis pisano, similiter scultori.

Idem, d'agosto, settembre, ottobre e novembre.

*Permettesi a Cristoforo Lombardo di andare a Bologna a lavorare pel cardinale Morone.*

Giovedì, 15 ottobre.

Concessa fuit licentia magistro Christophoro de Lombardis, architecto venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, eundi Bononiam, ad benefitium illustrissimi et reverendissimi domini dom. cardinalis Moroni, et hoc per dies 20, attentis benemeritis praefati reverendissimi domini cardinalis erga praefatam fabricam; et hoc instante magnifico domino Alexandro Olocato, nomine praefati reverendissimi domini cardinalis.

Addi 2 dicembre.

Magistro Christoforo Lombardo, ingeniario fabricae, l. 100 imp. super ratione salarii sui anni praesentis.

Addi 23 dicembre.

Salario di dicembre:  
Magistro Augustino de Busti, scultori, l. 24.  
Quondam magistro Silvio de Ciparelis pisano, similiter scultori, l. 24.

1546.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi.

*Vicario di provvisione:* Lodovico Moresino.

*Ordinarij:* Francesco Castello, Galeazzo Giussano ed Alessandro Visconti prevosto.

*Dottori di collegio:* Antonio Francesco Crispi, Francesco della Croce juniore e Gerolamo de' Fiorenza.

*Deputati delle porte:* orientale, Francesco Crivello cavaliere e Gerolamo Rozzone; romana, Pietro Francesco de' Braschi e Pietro Maria Maggiolino; ticinese, Lancillotto Crotto e Camillo de' Maggi; vercellina, Giacomo Fagnano e Lodovico Maggiolino; comasina, Bernardino de' Casate e Gio. Battista Serbellone; nuova, Gerolamo degli Archinto e Gerolamo Simonetta.

Addi 10 febbraio.

Magistro Augustino de Busti, scultori, pro suo salario mensis januarii proxime praeteriti, l. 24.

Lo stesso per tutti gli altri mesi dell'anno.

*Organista. Salario.*

Giovedì, 11 febbraio.

Ordinatum fuit quod dominus Johannes Stephanus de Puthobonello, organista venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani a calendis mensis januarii anni 1545 proxime praeteriti in antea, habeat pro ejus mercede seu salario sonandi organos praefatae majoris ecclesiae diebus solitis et consuetis lib. 100 imp. tantum omni anno, absque alio vino.

*Costruzioni. Campanile.*

Venerdì, 26 febbraio.

Ordinatum fuit ad praesentiam magistri Christophori de Lombardis, architecti venerabilis fabricae ecclesiae majoris Mediolani, quod dictus magister Christoforus de praesenti det principium fabricari faciendi campanile praefatae majoris ecclesiae, et perfici faciendi laboreria jamdiu incepta ad contrafortum dictae praefatae majoris ecclesiae, et poni faciat

in opere omnes lapides marmoreas et sericeas laboratas, existentes supra dictam majorem ecclesiam, et nondum positas in opere, et perfici faciat solum praefatae majoris ecclesiae; et haec omnia de praesenti et quam citius fieri poterit.

*Costruzione d'organo nuovo.*

Giovedì, 18 marzo.

Diedero incarico a Giacomo Fagnano di provvedere il più sollecitamente possibile alla costruzione d'un nuovo organo.

Addi 23 marzo.

Magistro Johanni Jacobo de Antignate l. 132 imp., occasione mercedis suae aptandi in duas vices organum praefatae majoris ecclesiae.

Giovedì, 1 aprile.

Hano confluxo et ordinato li prefati reverendi et magnifici signori deputati della veneranda fabrica della chiesa majore de Milano, che li ufficiali di detta fabrica, quali sono soliti haver vino da essa fabrica, da calende di zenaro proximo passato inanti non habiano vino alcuno da essa fabrica, ma in loco del vino habiano l. 3 imp. per caduna brenta di vino, che se sole dar a essi ufficiali.

Addi 21 aprile.

Magistro Christoforo Lombardo, architecto fabricae, l. 100 imp. super ratione sui salarii.

*Notaio cancelliere. Salario.*

Lunedì, 19 luglio.

In luogo dell'ora defunto Gio. Agostino Confaloneri, elessero Battista Rozio a notajo e cancelliere della fabbrica, collo stipendio mensile di fiorini 10, del valore di s. 32 per fiorino.

Addi 11 ottobre.

Johanni Petro de la Ecclesia dicto Morganti, seni annorum octuaginta, alias lapicidae fa-

[1546]

bricae, l. 4 imp. pro ejus portione mensium trium proxime praeteritorum.

Martedì, 26 ottobre.

Determinarono in l. 8 mensili il salario da corrispondersi a Sallustio Crispo per registrare in appositi libri tutti gli istromenti, le scritture e i mandati della fabbrica.

Addi 12 novembre.

Magistro Johanni Petro de Cumis l. 54 imp., occasione inauraturae vasorum auricalchi, numero 24, ponendorum ad ferratam sacristiae reverendorum dominorum Ordinariorum praefatae ecclesiae.

1547.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi; suo luogotenente Giacomo Zerbo.

*Vicario di provvisione:* Alessandro Archinto.

*Ordinari:* Francesco Castello, Galeazzo Giussano e Alessandro Visconti prevosto.

*Dottori di collegio:* Princivalle Besozzo, Signorolo Omodeo e Lodovico Mazenta.

*Deputati delle porte:* orientale, Antonio Carcassola e Gerolamo Rozzone; romana, Pietro Francesco Brasca e Marco Grassi; ticinese, Marco della Croce e Camillo Maggi; vercellina, Alvisio Cittadino e Giacomo Fagnano; comasina, Pietro Antonio Fossano e Giacomo Filippo Seregno; nuova, Gerolamo Archinto e Alvisio Castellazzo.

*Il cardinale Sfondrato trasmette ai deputati l'indulgenza per la prossima festa dell'Annunciazione.*

Addi 18 febbraio.

Molto magnifici signori. Io hebbi già qualche giorni una delle Signorie vostre di 18 del passato, colla quale mi ricercavano ch'io impetrassi da Nostro Signore l'indulgentia per il giorno della Annuntiatione prossima della Madonna a beneficio di quella fabbrica di Milano, nella forma che per altri tempi gli è stata concessa; et perchè l'anno passato havendone a far espedito un'altra per l'hospitale maggiore di quella città, per la qualità de' tempi occorsero alcune difficoltà oltre il solito; però per maggior facilità mi è parso bastare de impetrarla nella forma medema da Sua Beatitudine, et così ne la mando. Alle quali mi offero in ogni altra occasione a fargli piacere, non solo nelle cose di quel pio loco, ma ancora nelle loro private, et il Signor Dio le conservi.

Da Roma, il dì 18 di febbraio 1547.

Di Vostre Signorie come fratello

Il cardinale SFONDRATO.

Franciscus miseratione divina tituli sanctorum Nerei et Archilei presbyter cardinalis Amalfitanus, alias Sfondratus nuncupatus, universis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. No-

veritis quod hodie sanctissimus in Cristo pater et dominus noster dominus Paulus divina providentia papa tertius, qui antea omnibus et singulis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, seu statutis a jure temporibus confitendi propositum habentibus, qui ecclesiam mediolanensem in festo Annuntiationis beatae Mariae Virginis proxime futuro a primis vesperis usque ad occasum solis dicti festi inclusive devote visitarent, et pro sanctae matris ecclesiae exaltatione pias inibi ad Deum preces effunderent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem per suas in forma brevis litteras concesserat et elargitus fuerat, ut fideles ipsi, purgatis eorum cordibus, ad indulgentiam hujusmodi consequendam promptiores effici possent, annuit et concessit vivae vocis oraculo, ut nos deligere possemus duos presbyteros idoneos, qui in festo praedicto et ejus vigilia fidelium eorumdem, ad dictam ecclesiam pro hujusmodi indulgentia consequenda accedentium, confessiones audire, et ipsis diligenter auditis, ipsos et eorum singulos ab omnibus et singulis eorum peccatis, criminibus et delictis, in casibus etiam sedi apostolicae reservatis, exceptis contentis litteris in die Coenae Domini legi consuetis, absolvere, et eis pro commissis poenitentiam salutarem injungere, nec non vota quaecumque per eos emissa, ultramarina, visitationis liminum apostolorum Petri et Pauli ac s. Jacobi in Compostella, nec non religio-

nis et castitatis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeant, concedendo super praedictis ipsis presbyteris electis, ut supra, plenam et liberam apostolica auctoritate et speciali gratia potestatem et facultatem; et quod de praemissis omnibus nostras litteras testimoniales traderemus. Nos autem piam suae Beatitudinis intentionem atque indulgentiam exequi volentes, deligimus ad praedicta adimplenda reverendum dominum Hieronymum de Torchio generalem Humiliatorum, et ubi ipse non valeat interesse, ejus loco dominum Jacobum Antonium Morigiam, qui ubi similiter interesse non possit, ejus vice dominum Franciscum de Bizozero deligimus. In quorum fidem et testimonium praesentes litteras de mandato nostro confectas manu propria subscripsimus, et per secretarium nostrum infrascriptum subscribi, et sigilli nostri, quo in talibus utimur, appensione communiri jussimus.

Datum Romae in palatio apostolico sub anno nativitatis Domini 1547, die vero . . . mensis februarii, pontificatus praefati sanctissimi domini nostri papae anno tertiodecimo.

*Sign.* Franciscus cardinalis Amalfitanus.

Johannes Baptista secretarius.

*Cum sigillo pendenti in cera rubra.*

*L'architetto Cristoforo Lombardo è sollecitato ad ultimare il modello della porta verso Compito.*

Lunedì, 18 aprile.

Considerantes quantum admirabile et praecelsum sit templum maximum urbis inclytae Mediolani, et universo terrarum orbi notorium et manifestum est itaque janua nuper coepta memorati templi magnifica et excelsa esse debet; eapropter, ad praesentiam domini Christophori de Lombardis, egregii architecti venerandae et mirificae fabricae praecitati templi, ordinatum est quod modellus coeptus praedictae januae per praedictum architectum quam citius perficiatur, ut memorata janua et decora et mirifica, ut praedicto templo convenit, effici possit.

*Parrocchia di s. Vincenzo,  
ossia del monastero maggiore,  
in porta vercellina.*

Giovedì, 28 aprile.

Deliberarono accordare al magnifico cavaliere Lodovico di Lungono da Confienza la ricognizione livellaria del sedime di casa situato in porta vercellina, parrocchia di s. Vincenzo, ossia del monastero maggiore.

*Prezzo d'affitto di stabili in cassina Pismonte,  
pieve di s. Donato.*

Giovedì, 16 giugno.

Deliberarono all'asta l'affitto per anni cinque dei beni di cassina Pismonte, pieve di s. Donato, per l. 2, s. 3, d. 6 ogni pertica.

Giovedì, 21 luglio.

Electi fuerunt magnifici dominus Camillus Madius et Marcus Crassus ex praefatis reverendis et magnificis dominis praefectis nomine praefatae fabricae ad interveniendum cum magnificis dominis deputatis locorum piorum urbis Mediolani pro fabricatione et manufactura crucis auri templi majoris Mediolani, loco illius crucis praefati templi, quae superioribus annis bellicosis per agentes caesariae Majestatis accepta fuit subventionis causa praefatae caesariae Majestatis.

Lunedì, 5 settembre.

Ad avvocato della fabbrica, in sostituzione del defunto Giacomo Pirovano senatore, elesero il giureconsulto di collegio Francesco Alzate.

*Paratico dei merzarii,  
ossia ritagliatori di tela di lino.*

Giovedì, 17 novembre.

Ordinatum est quod agentes pro paratico merzariorum seu retaliatorum drapi lini, de praesenti dantibus et solventibus praefatae fabricae seu agentibus pro ea nomine ipse fabricae libras 12 imp., eo in casu praefati reverendi et magnifici domini praefecti ordinant

esse remittendum praefato paratico et agentibus pro eo omne et totum id, de quo praedictum paraticum et agentes pro eo sunt debitores praefatae fabricae, occaxione oblationis soldorum 20 imp. singulo anno, ad quam dictum paraticum tenetur erga praefatam fabricam singulo anno in quolibet festo nativitatis gloriosissimae virginis Mariae proxime praeterito retro; et hoc dignis respectibus animos praefatorum reverendorum et magnificorum dominorum praefectorum moventibus.

*Vincenzo da Seregno, architetto della fabbrica.*

Lunedì, 21 novembre.

Elegerunt et eligunt magistrum Vincentium de Serenio in architectum praefatae venerandae fabricae, qui habeat se exercere ad commodum et utilitatem ipsius fabricae, cum salario ei tassando per dominos electos ad provinciam cassinae lapidarum praefatae fabricae, et incipiendo eo die, quo dictus magister Vincentius coeperit se exercere ad commodum ipsius fabricae; et qui architectus de praesenti habeat perquirere sortimentum aquaeductuum faciendorum supra praefatam majorem ecclesiam Mediolani, et faciat designa circa dictum opus faciendum necessaria, et praeparet totam materiam existentem supra tyburium et voltas praedictae ecclesiae circa dictum opus faciendum necessariam; et exinde praedicta omnia videantur et considerentur per magistrum Christophorum Lombardum, architectum praefatae fabricae, et alios architectos et personas in similibus peritas et expertas, et non deveniatur ad principium alicujus operis per eum magistrum Vincentium, nisi prius re perspecta, considerata et collaudata per praedictos magistrum Christophorum et alios ut supra, seu majorem partem; et re etiam relata in reverendissimo capitulo praefatae fabricae,

ut exinde ordinari possit in reverendissimo consilio praedictorum reverendorum et magnificorum dominorum praefectorum, quid circa praedicta faciendum et agendum erit, ut omnia recta deliberatione pertranseant. Et ulterius assignant dicto magistro Vincentio casellus cum suis locis situm in Camposancto, quod alias tenebatur per magistrum Christophorum Gibbum (1), alias architectum praefatae fabricae, et hoc pro usu dicti magistri Vincentii; et haec omnia ad beneplacitum praedictorum dominorum deputatorum.

*Salario.*

Venerdì, 16 dicembre.

Fissarono il salario del nuovo nominato architetto della fabbrica, maestro Vincenzo Seregno, in mensili l. 18, ed in annue brente 6 di vino (2).

Agostino Busti continuò sino alla sua morte a lavorare per la fabbrica nella qualità di scultore, colle retribuzione mensile di l. 24.

(1) Cristoforo Solaro, detto il Gobbo.

(2) Vincenzo Seregno, dimenticato da tutte le biografie, va pur contato fra i migliori architetti del tempo, quando l'arte declinava al peggio. Di lui ci resta l'edifizio nella distrutta piazza de' Mercanti, già collegio de' dottori, che ora serve ai telegrafi e alla Borsa. Elegante, ma licenzioso, forma un elevato portico ad archi, impostati sopra doppie colonne d'ordine dorico: le finestre superiori portano l'arma dei Medici, essendo il palazzo stato eretto per ordine di Pio IV. Al Seregno attribuiscono, forse a torto, la facciata di s. Angelo (1554) e piuttosto quel chiostro ben distribuito; il barocco palazzo di Giustizia; il chiostro di mezzo di s. Simpliciano con colonne binate, secondo la grossezza dello stilobate, bella fattura, come quel convento, con buona scala, grandiosi corridoi e magnifici dormitorj (1563). Sua pure è l'elegantissima chiesuola di s. Apollinare, ora sconosciuta come il predetto edifizio.

Mori nel 1591 di 88 anni, e fu sepolto in s. Giovanni in Conca, ove durò fin jeri il suo epitafio.

1548.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi.

*Vicario di provvisione:* Francesco Crivello.

*Ordinari:* Francesco Castello, Rodolfo della Croce primicerio e Giacomo Zerbo.

*Dottori di collegio:* Alessandro Archinto, Ambrogio Scaccabarozzi e Gerolamo Visconti.

*Deputati delle porte:* orientale, Antonio Carcassola e conte Giacomo Mandello; romana, Lodovico Omodeo e Marco Grasso; ticinese, Lodovico Bebulco e Marco della Croce; vercellina, Alvisio Cittadino e Giacomo Fagnano; comasina, Gerolamo Pagnano e Giacomo Filippo Seregnò; nuova, Alvisio Castellazzo e Gio. Ambrogio Cotta.

Col gennajo incomincia ad essere annoverato fra i salariati l'architetto Vincenzo Seregno, collo stipendio mensile di l. 18.

Col mese di giugno finisce d'essere registrato il salario dello scultore Agostino Busti.

*Costruzione di pavimento, altari e piloni nel lato meridionale.*

Lunedì, 30 gennajo.

Ordinatum est esse solendam illam partem templi majoris Mediolani existentem versus ducalem curiam Mediolani, quae de praesenti non est solata, et in ea parte esse facienda sua altaria, juxta formam aliorum altariorum praefati templi; et hoc ad ornatum, decorum et reverentiam ipsius admirabilis templi, ac etiam esse procedendum ad fabricationem columnarum seu pilonum coepti praedicti templi versus praedictam ducalem curiam.

*Locuzioni che risentono l'invasione straniera.*

Lunedì, 5 marzo.

Ordinarono all'architetto Cristoforo Lombardo (1) di fare la stima del materiale necessario per la ricostruzione d'una casa livellaria,

(1) In un istromento di vendita di beni fatta dalla fabbrica il 10 luglio 1554, troviamo menzionato questo « magistrum Christophorum Lombardum architectum fabricae et agrimensorem comunis Mediolani. »

situata in porta ticinese, parrocchia di s. Lorenzo di fuori, al di là del ponte di Viarenna, « . . . . . attento quod dicta domus destructa fuit ob cavalerium seu belovardum factum prope dictum pontem Viarennae. »

*Valore di paramenti e cose preziose.*

Lunedì, 16 aprile.

Ordinarono levare dalla sagristia meridionale quella macchina di legno che v'era stata costrutta, onde vi potessero dormire i custodi, e vi fossero collocati i mantici dell'organo, essendo molto facile l'incendio, perchè vi appoggiano le candele accese; ed essendo in pari tempo necessario che i custodi dormano lì presso per custodirvi i paramenti e le cose preziose, il cui valore ascende alla somma di ducati 40,000, stabilirono che detti custodi abbiano per luogo di dormire il locale superiore a detta sagristia.

*Prezzo di stabili in Novegro, pieve di Segrate.*

Giovedì, 24 maggio.

Fatta l'asta, deliberarono la vendita, per il prezzo di l. 20 imp. alla pertica, d'una vigna situata in territorio di Novegro, pieve di Segrate.

[1548]

*Corrado da Colonia, maestro di vetriere.*

Lunedì, 28 maggio.

Ordinatum fuit quod magister Conradus de Colonia, magister invitriatarum templi maximi Mediolani, amodo in antea non accipiat ab aliquibus personis aliquod opus pro laborando, nec in aliquibus operibus labore, praeterquam in operibus venerandae fabricae (1) praefati templi, sub poena arbitrio reverendorum et magnificorum dom. praefectorum praefatae fabricae.

*Lo scultore Agostino Busti fa donazione alla fabbrica di sei pezzi di marmo di Carrara.*

Giovedì, 14 giugno.

Audito reverendo dom. Francisco Castello, ordinario et ex praefatis reverendis et magnificis dom. praefectis, dicente se ante obitum domini Augustini de Busti, sculptoris praefatae fabricae, contulisse ad visitandum dictum dominum Augustinum in infirmitate qua decessit, et ipsum dom. Augustinum ei dixisse quemadmodum ipse dom. Augustinus sive viveret, sive decederet, quod ob devotionem, quam erga gloriosissimam Dei genitricem gerebat, dono dabat praefatae fabricae petia sex marmorum Carrariae, hac tamen conditione, quod marmora ipsa in operibus ad usum praefatae fabricae ponantur, et quae quidem marmora exinde ad praefatam fabricam conducta fuere: praefati autem reverendi et magnifici dom. praefecti, exequendo voluntatem praefati quondam dom. Augustini, ordinant marmora praedicta esso omnino in operibus ad usum

(1) Qui tornano i coloritori di vetri, nella cui serie incontrammo Tomasin Diasandry (1400), Antonio monaco di Cortona, Paolino Montorfano, Antonio da Paderno (1404), Stefanino da Pandino, Zanino Anagni di Normandia (1416), Michelino de' Molinari da Besozzo (1416), Bartolomeo da Sabaudia, Cristoforo de' Scissaris milanese, Nicola da Venezia e suo figlio, Cristoforo de' Zayattari (1417), Maffiolo de' Cremona, Gio. Recalcato (1419).

Da poi nessuno ne troviamo fin a questo Corrado di Colonia, poi nel 70 Gio. da Bardoli della Finitta; nel 71 Giulio Sesino e Ottone del Santo; nel 74 Valerio di Fian-dra; nel 1617 Gio. Antonio Bassino.

303

praefatae fabricae ponenda, et non ad alium usum destinanda, et voluntatem dicti Augustini esse omnino exequendam.

*Apprendisti lavoranti in marmo.*

Lunedì, 16 luglio.

Ordinarono licenziare definitivamente dalla cassina de' lavoranti in marmo dodici apprendisti, perchè risultò la loro inettitudine nell'arte. Ritennero invece gl'infranominati, a condizione che « nel advenire se diportano bene, attendendo alle loro opere, lassano li giochi et le taverne et strepiti fano alle volte, et deponano le arme, altrimenti non lassando tale attione e nè dando meliore odore de loro attione, se canzelaranno del rolo de essa fabrica, e serano trattati eguali alli altri talmente canzellati. »

Gio. Antonio Besgapè, Francesco Parisio, Francesco Benzzone, Gio. Antonio da Monte, Battista da Cancio lampadario, Gio. Angelo Pajarino, Cesare Grasso, Matteo da Castello, Hieronimo Pagnano, Francesco da Monte, Francesco da Trada, Ambrogio Cojro, Matteo Ghisolfo, Battista da Sala, Tomaso Valente, Gio. Jacobo Tornielo, Joseph Mantegatio, Hieronimo Sajeta, Battista Cojro, Hieronimo Casato, Cristoforo Marliano, Gio. Ambrogio di Crespi, Alessandro di Parisi, Francesco Grassino.

*Prezzo di stabili in Palazzolo, pieve di Cesano.*

Lunedì, 27 agosto.

Deliberarono vendere al maggior offerente all'asta, parte dei beni di Palazzolo, pieve di Cesano, per l. 22 imp. alla pertica.

*Misura fatta da Ottaviano Carminati Brambilla, ingegnere del Comune di Milano, degli spazi delle botteghe annesse al muro della chiesa di s. Tecla.*

Addì 8 ottobre.

1548, die lunae, octavo octobris.

Mensura de li siti delle botteghe contigue al muro de la giesia de s. Tegla de Milano,

verso la pescheria, fatta per me, Ottaviano Carminate de Brambilla, ingegniero del Comune de Milano, ad instantia et in presentia delli infrascritti:

Et primo el sito della bottega de magistro Thomaso Grasso, longo braza 12, largo br. 4, sono quadr. 48, et altrettanto spatio fuora de detta bottega verso il corso del muro, sino a la gronda del tetto de asse.

El sito della bottega de magistro Matteo Marinono, longo br. 10 1/2, largo br. 5, sono quadr. 52 1/2, et quadr. 22 1/2 de sito dali pilastri alla gronda del tetto de asse.

El sito della bottega de magistro Ludovico de Capitani, longo br. 10 1/2, largo br. 6 1/3, sono quadr. 66 1/2, et quadr. 28 de lato dali pilastri alla gronda del tetto de asse, et quadr. 5 per uno botiolo con quadr. 13 1/2 de sito per detta gronda.

El sito della bottega de magistro Joseph Porro, che tene da s. Tegla, longo br. 10, largo br. 5, sono quadr. 50 et quadr. 22 1/2 de sito dali pilastri alla gronda del tetto de asse.

El sito della bottega del suprascripto magistro Joseph, contigua a la suprascripta, che tene dala schola de s. Rocho, longo br. 10, largo br. 5 1/3, sono quadr. 53, onze 4, et quadr. 24 de sito dali pilastri alla gronda del tetto de asse.

El sito della bottega de magistro Johanne Paulo et Jacobo fratelli de' Tanzi, longo br. 9, largo br. 5 1/2, sono quadr. 49 1/2, et quadri 24 3/4 de sito dali pilastri a la gronda del tetto de asse.

El sito della bottega de magistro Johanne Battista et fratello de Speroni, longo br. 9, largo br. 6 1/4, sono quadr. 56 1/4, et quadr. 28 de sito dali pilastri a la gronda del tetto de asse.

El sito della bottega de magistro Bernardo da Lode, longo br. 9, largo br. 6, sono quadr. 54, et quadr. 27 de sito dali pilastri alla gronda del tetto de asse.

Octavianus Carminatus de Brambilla, Communis Mediolani architectus, mensuravi et subscripsi.

*Il capitano di giustizia  
ordina l'immediata demolizione della chiesa  
di s. Tecla.*

Addi 10 ottobre.

Nos Nicolaus Siccus, juris doctor, caesareus generalis capitaneus justitiae in dominio Mediolani.

Tenore praesentium praecipimus et mandamus magistro Johanni Antonio Crodaro et magistro Francisco de Cruce, quatenus statim habito praesenti praeepto, accedant ad demolendum ecclesiam s. Teglae; et hoc sub poena scutorum centum caesareae camerae aplicandorum, et ictium trium funis pro singulo eorum, de quorum praeepto et mandato cuilibet nontio officiali plenam dabimus fidem.

Datum Mediolani, die decima octubris 1548.

Sign. Siccus.

Anzianus.

Addi 31 ottobre.

Capitaneus justitiae generalis in dominio Mediolani.

Inhaerendo praeeptis oretenus factis superioribus diebus magistro Johanni Antonio Crodario et Francisco de Croxis, et quibuscumque aliis operariis fabricae ecclesiae mediolanensis, iterum et de impositione illustrissimi principis locumtenentis caesarei praecipiendo mandat suprascriptis, quatenus velint ecclesiam s. Teglae cum haedifitiis annexis demolisse et solo exaequasse, ac materiam eorumdem in Camposancto seu locis praefatae fabricae reposuisse, ad effectum ut postea de ea disponatur, prout praefato illustrissimo principi placuerit, vel alias promissum fuerit; et hoc sub poena ducatorum mille camerae aplicanda, de cujus praesentatione et relatione cuilibet nuntio dabitur fides.

Datum Mediolani, die undecima octubris 1548.

Sign. Siccus.

Glusianus.

Die suprascripto undecimo octubris, retulit Johannes Andreas de Canevegiis, servitor, quod hodie intimavit unam copiam suprascripti praeepti ad locum, ubi laborat praefatus

magister Johannes Antonius Crodarius in Camposancto, in loco appellato *la legnera*, praesentibus de suis laboratoribus; et aliam copiam dicti praeepti ad locum ubi praedictus magister Franciscus laborare solet ad locum appellatum *el pasquirolo*, praesente quodam suo laboratore, ac illuc dictas copias dimississe in locis praedictis.

Johannes Angelus Glusianus, praedicti officii coadjutor.

*Lettera degli ingegneri*

*Cristoforo Lombardo e Dionigi de' Varisco  
al capitano di giustizia di Milano.*

Addi 27 novembre.

Havendo lo illustrissimo signor Nicola Secco, capitano di giustizia de Milano et dottor di l'una et l'altra legge, in questa parte delegato da Sua Eccellenza, commesso a noi infrascritti ingegnerij et architetti sotto al di 12 di questo, in executione de littere di Sua Eccellenza datte a supplicatione de magistro Ludovico Miliazza, mercante di Milano, et magistro Battista Pieno a di 26 ottobre prossimo passato, che si volessimo transferire sopra il luoco, dil qual parla la littera di Sua Eccellenza et supplicatione di predetto, cioè in fondo del portico noncopato de' Figini da man dritta, andando verso il luoco, ove hora si fa la pescaria, et visitar quello andito denanti alla bottega di Gio. Olivaro, qual andito va sopra il corso di porta orientale alla contrata de' Borsinari, et più visitar il medemo andito avanti la bottega, qual segue la predetta del Olivaro, qual è de magistro Gio. Francesco de Lazate; et visitato questo andito, parimente debiamo visitar li portici sono davanti a queste boteghe, quali guardano sopra detta pescaria, et dove anchora di presente si trova uno banco del ditto Olivaro, et dui altri bancheti d'esso Lazato sotto la volta di quello portegazzo, et li fondi di questo andito et luogi, ove si trovano questi banchi et bancheti, et extimarli, acciò se ne puossi far la vendita al detto magistro Ludovico de li detti fondi, nelli quali possi far hedificar una bottega per uso suo, qual guarderà sopra el luoco, ove hora si fa la pescaria ut supra, et sotto el coperto qual si ha da

far in conformità de l'altro de Figini per el ditto Migliazza avanti la detta sua bottega, per hedificar anchora di direto a questa sua bottega uno andito con scale, pozzo, necessario et cisterna per uso suo; e la parte sarà sotto a detto portichazo si golda sine al cielo, e perchè il pilastro è verso la pischaria e tristo, habia facultà il detto Meliazza di rimetterlo e de levare li archi sine al cielo dil detto portichazo, segurando però la parte di sopra, con tutte quelle commodità che li puotrano intrare, secondo el disegno sopra de ciò fatto et a noi dato per Vostra Illustrissima Signoria. Così se siamo transferti nelli detti luochi, li quali diligentemente havemo considerato et visto, et mesurato detti anditi et spacio, li quali trovamo essere per conto della bottega brazza sey e uno quarto larga, et brazza sette e mezzo longa, et per conto dello andito della porta, scalle, pozzi, necessarij, cisterne, li intrano brazza tre e mezzo di largo, et di longo brazza undeci e mezzo, nelli quali si piglia uno pezzo della bottega del Lazato et el luoco, dove hora tene uno di doi soi bancheti, quali de verso la piazza del domo de Milano con uno puoco di andito seu portico davanti al detto bancheto. Le qual cose tutte ben considerate, giudicamo et declaramo per la peritia qual havemo, detti fondi et spacio di terra esser de valsuta de libr. . . . . imp. per ciaschaduno quadreto, li quali sono quadreti octantasetti. Qual pretio monta libr. . . . . imp.

Et perchè della bottega et parte de luogo, ove hora sta lo bancheto del detto Lazato, qual si occupava nelli aedificij farà magistro Ludovico Miaza, se ne piglia parte dil fondo d'essi per accomodar le scale, pozi, necessario et cisterna ut supra, se può conceder al detto Lazato tanto avanti la sua bottega delli portichi guardano sopra la pescaria, qual si fa hora, el qual squadrerà la sua bottega et banco, et ne viene haver miglior conditione, perochè sicome di presente la bottega sta in occulto, alhora sarà in faciata et in publico de la piazza della pescaria; et squadrandola et accomodandola a questo modo, avanza el ditto Lazato più di quello si piglia dil suo, il che cederà non solo a utilità del ditto Lazato, ma a ornamento di la piazza et di questa città. El banco di lo Olivaro, qual si ha da rimover per

accomodar el detto magistro Ludovico, ut supra, si trasportarà sotto el coperto, qual si ha da far avanti la botega del detto Olivaro, et sarà in conspetto della piazza del domo; et la botega del detto Olivaro, qual hora si trova in ascosto sotto el ditto andito, restarà in palese a conformità delle altre, quale sono sotto el coperto di Figini, con el ditto suo bancho seu luoco da metterlo di là dal transito di Figini.

Et così a questo modo si satisfà a tutti, migliorando la conditione loro et non pegiorando. Puotrà ancora conceder al ditto magistro Ludovico, poi che ha da far il portico avanti la sua botega in conformità di quello di Figino ut supra, che sotto l'andito del portico, qual resta via publica, et coprer detto portico tanto quanto pigliarà la sua botega et fondo ut supra, far ciaschuni aedificii come li piacerà, pur non si muti l'ordine al resto dil coperto de Figini.

Et così refferimo fedelmente alla Illustrissima Signoria Vostra, acciò possi exequir quanto tiene commissione da Sua Eccellentia, alla

[1548]

quale, basciandogli le mani, se li raccomandiamo.

Datum Mediolani 1548, a di 27 novembris.

Di V. Ill. S. servitori

Christoforo Lombardo, ingeniere di la venerabile fabrica di la chiesa maggiore et Comune de Milano.

Dionisio de Varisco, ingeniere de la cesarea camera et Comune de Milano.

A tergo: Alo illustrissimo signore il signor Nichola Secho, capitaneo de giusticia de Milano, patrono nostro observandissimo.

*Prossimo arrivo del principe di Spagna.*

Lunedì, 17 dicembre.

Non potendosi dal Consiglio addivenire alla celebrazione dell'asta di alcuni beni, come era fissato per giovedì prossimo, per l'arrivo faustissimo del principe di Spagna, delegarono quattro dei deputati ad assistere alla gara della detta asta.

NB. Presente tutto il Consiglio, quell'asta ebbe luogo nel giovedì, 20 dicembre.

1549.

*Vicario della curia arcivescovile:* Gio. Maria Tosi.

*Vicario di provvisione:* Catellano Cotta.

*Ordinarij:* Gio. Antonio Ajroldi, Francesco Castello, Rodolfo della Croce primicerio, Gio. Antonio Robiato, Gio. Andrea Rozio e Giacomo Zerbo.

*Dottori di collegio:* Francesco Capra, Pomponio Cotta e Gio. Battista Terzago.

*Deputati delle porte:* orientale, capitano Bernardo della Croce e conte Giacomo Mandello; romana, Lodovico de' Conti e Lodovico Omodeo; ticinese, Lodovico Bebulco e Carlo de' Rho; vercellina, Filippo Candiano e Giacomo Fagnano; comasina, Gerolamo Pagnano e Galeazzo Pecchio; nuova, Gio. Ambrogio Cotta e Gio. Battista Crivello.

*Causa fra gli Ordinarj della metropolitana, ed il prevosto coi canonici di s. Tecla, vertente avanti la Corte di Roma.*

Giovedì, 31 gennaio.

Ordinatum est esse faciendum per reverendos et magnificos dominos praefectos venerandae fabricae templi maximi nostri Mediolani instrumentum mandati in reverendissimos dominos Philippum Archintum, juris utriusque doctorem Saluciarum, et Ludovicum Symonetam, juris utriusque doctorem pisaurensis, respective episcopos, reverendos dominos Basilium de Ferrariis, litterarum apostolicarum scriptorem, Antonium Carpanum et Domicilium Glussianum apostolicum protonotarium, clericos mediolanenses, omnes romanam curiam sequentes, et quemlibet eorum in solidum, ad supplicandum summo pontifici, pro expedienda causa et negotio praefatae fabricae et reverendorum dom. Ordinariorum praefati templi, ac reverendi dom. praepositi et canonicorum s. Teglae Mediolani, occasione veteris et novae demolitionis ecclesiae praefatae s. Teglae, et unionis faciendae de praedictis reverendis dom. praeposito et canonicis cum praedictis reverendis dominis Ordinariis.

*Acquistasi e pavimentasi la strada posta fra la piazza ed il coperto dei Figini.*

Lunedì, 18 febbraio.

Ne spacia terrae plateae templi maximi Mediolani, existentia versus copertum Figinorum, inlocata remaneant, ordinatum est quod strata existens inter dicta spacia et dictum copertum soleatur et aptetur ita et taliter, quod conductores ipsorum spaciorum possint his spaciis commode utifrui et gaudere.

*Ordinamento stradale.*

Cum strata existens inter praedictum templum et ducalem curiam et officium sanitatis ita alta sit, quod occupat banchetas siriceas ipsius templi, quod est contra decorem praefati templi, et ut quam possibile sit, admirabilis structura et fabrica memorati templi intueri et considerari possit, ordinatum est quod praedicta strata taliter aptetur, quod dictae banchetae sint et remaneant a terra altae, prout sunt aliae banchetae existentes versus scalinos praefati templi.

*Bolla di papa Giulio III  
per la definitiva incorporazione di s. Tecla  
colla metropolitana.*

Addi 24 febbraio.

Julius episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit et convenit honestati, ut ea, quae de romani pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu litterae apostolicae super illis confectae non fuerint, suum sorciantur effectum. Dudum siquidem felicitis recordationis Paulo papae III praedecessori nostro pro parte dilectorum filiorum tunc modernorum primicerii, praepositi, canonicorum, ordinariorum nuncupatorum majoris ac illius et s. Teglae mediolanensium ecclesiarum capitulorum, exposito, quod antea, postquam piae memoriae Pio II etiam praedecessori nostro, pro parte dilectorum filiorum fabricerorum dictae ecclesiae majoris inter alia expositum fuerat, quod ipsi fabricerii ecclesiam majorem praefatam, quae longissimis antea temporibus mirifico amploque et sumptuoso opere construi coeptam, ad perfectionem deduci desiderabant, et pro illius ornamento ac civitatis Mediolani decore expediens erat, prout ab initio illius constructionis tractatum fuisse dicebatur, ante eandem ecclesiam plateam remanere, et si illi certo medio spatio contigua dicta ecclesia s. Teglae, in qua praepositus et nonnulli canonici et capellani et beneficiati esse noscebantur, de medio sublata et demolita fuisset, illiusque lapides, lignamina et alia munimenta in ampliacionem et structuras ecclesiae majoris hujusmodi conversa, nec non praepositura, quae inibi dignitas principalis existebat, ac canonicatus et praebendae ejusdem ecclesiae s. Teglae, cum reliquiis, libris, calicibus et aliis ornamentis ecclesiasticis ad dictam ecclesiam majorem translata fuissent, nedum exinde perfectioni consultum fuisset, et ecclesiae majori hujusmodi maxima provenisset utilitas, verum etiam illius decus et honor, ac in ea Christifidelium devotio aucta fuisset, et divinus cultus cum animarum salute continuum suscepisset incrementum, idem Pius praedecessor eorumdem fabricerorum supplicationibus in ea parte inclinatus, tum archiepiscopo Mediolani, ejus

proprio nomine non expresso, ut vocatis praeposito, canonicis, capellanis et beneficiatis praedictis, ac aliis qui forent evocandi, per se ipsum de praemissis omnibus et singulis eorumque circumstantiis universis se diligenter informaret; et si per informationem eandem reperisset, inter alia praedictam ecclesiam s. Teglae, suppresso prius per eum penitus et extinto, in loco ubi illa consistebat, nomine ecclesiae demoliendae, ac illius lapides, lignamina et alia munimenta in ampliacionem et structuras ecclesiae majoris hujusmodi convertendi licentiam concederet, ac praeposituram, canonicatus et praebendas, capellanas et alia beneficia praedicta, cum illorum fructibus, redditibus, proventibus et personis ipsius ecclesiae s. Teglae, reliquiis, indulgentiis, libris, calicibus et aliis ornamentis praedictis, ac cadaveribus inibi sepultis, ad eandem ecclesiam majorem transferre, ipsasque personas numero et consortio aliarum ipsius ecclesiae majoris personarum, juxta ejus providam super eo de eorumdem capituli ecclesiae majoris consilio faciendam ordinationem, agregaret; nec non locum ecclesiae s. Teglae hujusmodi ad prophanos usus, ita quod ille ex tunc in antea minime sacer esset nec pro sacro reputaretur, redigeret, ac fructus, redditus, proventus pro fabrica ecclesiae s. Teglae hujusmodi, illiusque superstantia, aut alias quomodolibet assignati, in fabricam ipsius ecclesiae majoris converti deberent, decerneret, per ejus litteras dederat in mandatis.

Et bonae memoriae Carolus archiepiscopus mediolanensis, tunc in humanis agens, ad executionem litterarum hujusmodi, citatis tunc praeposito et canonicis ac capellanis et personis olim capituli ecclesiae s. Teglae hujusmodi, et aliis sua quomodolibet interesse putantibus procedens per suam, quam desuper promulgaverat, diffinitivam sententiam, praedictam ecclesiam s. Teglae, illius nomen supprimens prius et extinguens, demoliendi, ac illius lapides, lignamina et alia munimenta in ampliacionem et structuras ecclesiae majoris hujusmodi convertendi fabriceris praedictis licentiam concesserat, et praeposituram ac canonicatus et praebendas, capellanas et beneficia praedicta, cum illorum fructibus, redditibus et proventibus ac personis, et ecclesiae

s. Teglae reliquiis, indulgentiis, libris, calicibus et aliis ornamentis, ac cadaveribus hujusmodi ad eandem ecclesiam majorem, in quantum poterat, transtulerat et transferre mandaverat; quodque fructus, redditus et proventus praedicti in fabricam ipsius ecclesiae majoris converti deberent decreverat; et a sententia hujusmodi certis tunc expressis modo et forma ad sedem apostolicam appellato, et appellatione hujusmodi non obstante, cum fabricerii praefati eandem ecclesiam s. Teglae, duobus parietibus dumtaxat exceptis, demoliri, ac illius lapides et alia munimenta ad ipsam ecclesiam majorem transferri fecissent, tum praepositus et canonici ecclesiae s. Teglae hujusmodi, ac illorum in ea parte litis consortes in causa appellationis hujusmodi coram tunc vicario tunc archiepiscopi Mediolani in spiritualibus generali quandam interlocutoriam, quae nulla provocatione suspensa, in rem transiverat judicatam, pro se et contra praedictos fabricerios reportaverat sententiam, ipsamque ecclesiam s. Teglae de novo rehaedificari facere incooperant; ac tunc praeposito praepositurae s. Johannis etiam Mediolani, et certo ejus collegae, cum clausula *et eorum alteri*, ut vocatis dictis fabriceris et aliis qui forent evocandi, ipsam ecclesiam s. Teglae cum cimiterio et aliis insigniis, ut prius erat, rehaedificandi licentiam concederet et facultatem, ac tunc praepositum et canonicos ecclesiae s. Teglae hujusmodi ab eorumdem capituli ecclesiae majoris consortio segregarent, nec non lapides et alia praemissa eidem ecclesiae s. Teglae restituerent et applicarent, per litteras apostolicas mandari obtinuerant. Ipseque praepositus ad executionem posteriorum litterarum hujusmodi rite et canonice procedens diffinitivam, per quam de novo inchoatam ecclesiam s. Teglae cum cimiterio et aliis insigniis, ac illius praepositum, canonicos, personas et litis consortes hujusmodi ab ejusdem ecclesiae majoris personarum consortio segregari, ac cum illorum bonis mobilibus, nec non fructibus, redditibus, proventibus, reliquiis, indulgentiis, calicibus et aliis ornamentis ac cadaveribus praedictis ad eandem ecclesiam s. Teglae, prout fuerat, transferri debere mandaverat, promulgaverat sententiam, et illa duabus aliis conformibus diffinitivis sententiis, cum expen-

sarum et certorum aliorum condemnatione confirmata fuerat litteris executorialibus desuper in forma solita decretis. Et successive pro praemissorum concordia dilecto filio Johanni Mariae Tonso, praedicti archiepiscopi tunc vicario in spiritualibus generali pro parte capitulorum et fabricerorum praedictorum concorditer exposito, quod dicta ecclesia s. Teglae, quae curata et collegiata existebat, absque illorum culpa demolita et solo aequata fuerat, et si illa cum omnibus et singulis illius praepositura, canonicatibus et praebendis, capellaniis, beneficiis, eorumque fructibus, redditibus, proventibus, bonis et juribus eidem ecclesiae majori et illius mensae capitulari perpetuo unirentur, annexerentur et incorporarentur, in evidentem earumdem ecclesiarum utilitatem, decus et honorem ac divini cultus augmentum in ipsa ecclesia majori, ac dilectorum filiorum populi civitatis Mediolani consolationem cederet; et ad praemissorum et infrascriptorum effectum capitulum ecclesiae s. Teglae liti et causae, ac omni juri sibi in praemissis quomodolibet competenti, nec non omnibus et singulis et ab illis dependentibus, emergentibus, annexis et connexis, in manibus praedicti Johannis Mariae vicarii, tunc pro tribunali sedentis, cesserant et renuntiaverant, ac capitulum ecclesiae majoris et fabricerios hujusmodi liberaverant, quietaverant et absolverant ab omni eo, quod ab illis praemissorum et quavis alia occasione vel ingenio, etiam dissimili et prorsus extranea ac non cogitata et ab eisdem praemissis penitus remota causa, petere poterant, potuissent et possent tam ipsi quam capitulum ecclesiae majoris; et fabricerii praedicti eidem Johanni Mariae vicario supplicantes, quatenus dictus Johannes Maria vicarius omnem materiam etiam subterraneam dictae ecclesiae s. Teglae, ac illius domorum, apothecarum et annexorum cujuscumque generis existerent, una cum platea et ubi constructa erat, et aliis ibidem existentibus, et ad illam ejusque capitulum praedictos etiam nomine superstantiarum, vel aliter quomodolibet spectantibus et competentibus, illorumque adjacentibus, annexis et dependentibus, una cum jure exigendi, annis singulis, certa tunc expressa et omnia alia ficta libellaria, etiam ratione dictae plateae et pischariae, ca-

pitulo ecclesiae s. Teglæ hujusmodi competentia, et illis praestari solita et debita, cum facultate investituræ illorum, quorum occasione solvebantur, tam per viam restitutionis in integram, quam alias prout juris, et eisdem fabriceris benevisum foret, fabricæ ecclesiae majoris hujusmodi concedere et assignare vellet, et deberet, ita tamen quod ipsi fabricerii, prout promiserant, et se eorumque et dictæ fabricæ bona mobilia et immobilia tunc præsentia et futura ad id obligaverant mensæ capitulari ecclesiae majoris hujusmodi, seu illius et dictorum capituli ecclesiae majoris sindico seu procuratori legitimo summam mille quingentarum sexaginta quinque librarum, et octo denariorum imperialium monetae mediolanensis, annis singulis in quolibet festo s. Martini, a tunc proxime futuro incipiendo, et successive de anno in annum, cum omnibus expensis, damnis et interesse, quæ proinde fierent, vel capitulum ecclesiae majoris hujusmodi pro dictis pecuniis petendis, exigendis, consequendis et habendis aut alio mutuo recuperandis, termino solutionis hujusmodi præterito, quomodolibet peterent, solverent, donec et quousque prædicti fabricerii totidem dominia directa et civiles possessiones ac ficta libellaria idonea et sufficientia, jurisdictioni prætoris Mediolani supposita, et quæ per personas idoneas et non magnatas præstarentur, vel alia bona rusticana inter Abduam et Ticinum fluvios consistentia, quæ etiam triennii pacta haberent, et ex quibus summa prædicta singulis annis percipi posset unius vel duorum amicorum comuniter, aut in unius contumaciam, alterius, partium eligendorum arbitrio in una, duabus, tribus, seu pluribus vicibus dedissent et assignavissent, aut cum effectu dare et assignare obtulissent, quo casu capitulum ecclesiae majoris hujusmodi sibi pro dicta summa aut illius partis deductione assignata vel oblata, ut præfertur, possessiones, bona immobilia et ficta, pro illorum et ejusdem summa rata, recipere tenerentur et obligati existerent, cum solemnibus cessione jurium et actionum, bonorum, possessionum et aliorum in cambium seu permutationem hujusmodi datorum, et in eorum possessione seu jure et loco defendendi obligatione; et casu quo recusarent seu negligenter, debita oblatione fa-

cta, ut præfertur, cambium prædictum intelligeretur et esset factum legitime, ac tunc fabricerii prædicti eorundem possessionum et bonorum in cambium oblatores emphyteutas et fictabiles capituli ecclesiae majoris hujusmodi recognosci facere tenerentur; et interim donec recognitio hujusmodi fieret, summam ipsam decano et creandis canonicis infrascriptis residentibus tantum, pro domo habitationis cujuslibet eorum, in quolibet festo s. Michaelis cujuslibet anni, sexdecim libras imp. monetae illarum partium pro quolibet eorum, a tunc proxime futuro incipiendo, et tunc de anno in anno in perpetuum, prout aliis prælatis et ordinariis canonicis dictæ ecclesiae majoris solvebatur, solverent ac capitula ecclesiarum et fabricerii hujusmodi præmissis omnibus, quodque dilectus filius Johannes Puteus earundem ecclesiarum canonicus unum et unam s. Teglæ, ac alium et aliam majoris ecclesiarum prædictarum canonicatus et præbendas, quos tunc obtinebat, quoad viveret retinere, et ratione illorum percipi solitas duas portiones, percipere; ipseque Johannes Maria vicarius cum eo desuper dispensare, et ipsius ecclesiae majoris statutis et consuetudinibus derogare posset, sub sedis apostolicæ beneplacito consenserant respective; ac præfatus Johannes Maria vicarius pro tribunali sedens, ut præfertur, de eisdem præmissis plenissime informatus, quodque si illa fierent, ut præfertur, non solum in ecclesiarum et fabricæ omnium prædictorum utilitatem et honorem, sed etiam maximum decus et ornamentum dictæ ecclesiae majoris, ac in ea divini cultus augmentum, et dilectorum filiorum comunitalis Mediolani cederent, eorundem capitulorum et fabriceriorum piam voluntatem, sanctum propositum laudando, et supplicationi hujusmodi satisfacere volens, tam ordinaria auctoritate, quam alias omnibus melioribus via, jure, causa et forma, quibus melius, validius et efficacius poterat, declaraverat unionem et translationem prædictas fieri posse et deberi, et factas perpetuo valere et tenere, ac dictam ecclesiam s. Teglæ, ut præfertur, demolitam et solo aequatam cum præpositura et duodecim canonicatibus et totidem præbendis in ea existente, nec non omnibus illis unitis, annexis et dependentibus, reliquiis sanctorum, vasis

aureis et argenteis, jocalibus, libris, paramentis et aliis cujusque generis ornamentis, ac redditibus, prædiis, fictis tam livellariis quam simplicibus, decimis, proventibus et aliis juribus eorum, mensæ capitulari, quæ tunc erant, et in futurum essent eidem fabricæ, ut præmittitur, assignatis, afflictatis illi reservatis, quæ dictus Johannes Maria vicarius omnemque materiam etiam subterraneam demolitionis, cum platea, fundis adjacentibus, annexis et dependentibus, una cum jure exigendi singulis annis ficta libellaria, capitulo ecclesiae s. Teglæ debita et fabricæ assignata, ac facultatem investituræ hujusmodi rescindendi, ut præfertur, eidem fabricæ de novo assignaverat, ad ecclesiam majorem illiusque mensam capitularem prædictas transtulerat, una cum cura et administratione dilectorum filiorum parochianorum ejusdem ecclesiae s. Teglæ, ac illis perpetuo univerat, annexerat et incorporaverat; ac præposituram ecclesiae s. Teglæ hujusmodi etiam perpetuo suppresserat, ac ex præposituræ hujusmodi fructibus et redditibus unum decanatum pro uno decano ejusdem ecclesiae majoris facere teneretur, ac stallum in choro et locum in capitulo ac processionibus ipsius ecclesiae majoris, post ultimum illius canonicorum ordinariorum nuncupatorum, etiam dignitatem non habentium, tunc residentium in ea, haberet, ita tamen quod decedentibus ipsis canonicis ordinariis, decanus prædictus, et ejus in dicto decanatu successores pro tempore existentes, ad locum post præpositum dictæ ecclesiae majoris immediatum ascenderet, et illum perpetuo obtineret; ipseque decanus divinis officiiis in eadem ecclesia majori interessendo, certam etiam tunc expressam portionem, distributiones et emolumenta perciperet; ac duodecim canonicatibus et præbendis ecclesiae s. Teglæ hujusmodi suppressis, totidem alios, quinque videlicet ordinarios et septem minores nuncupandos canonicatus, et quinque ordinarias ac septem minores nuncupandas præbendas pro quinque ordinariis et septem minoribus nuncupandis canonicis dictæ ecclesiae majoris, qui una cum dicto decano, qui vocem activam et passivam, ac locum in capitulo et stallum in choro ipsius ecclesiae majoris haberent, ac omnibus et singulis privilegiis, im-

munitatibus, gratiis et indultis, quibus alii ejusdem ecclesiae majoris praelati et canonici etiam ordinarii nuncupati utebantur et gaudebant, uterentur et gauderent, ac certas similiter tunc expressas portiones et distributiones quotidianas perciperent, erexerat; et ne ipsa ecclesia major nimium gravaretur, attempta illius reddituum tenuitate, dictis septem canonicis minoribus nuncupatis, vel eorum successoribus decedentibus absque aliqua designatione, et sic eorum canonicatibus minoribus nuncupatis prædictis per illorum obitum vacantibus, ex tunc canonicatus ipsi cum eorum juribus intelligerentur et essent extincti, ac comuni mensæ dictorum canonicorum ordinariorum uniti, annexi et incorporati, prout dictus Johannes Maria vicarius illos ex tunc et in eo casu reservatis juribus regressuum, si quæ reperirentur, extinxerat, univerat, annexerat et incorporaverat, prout in instrumento publico desuper confecto, et singulis litteris ac sententiis prædictis plenius contineri dicebatur, ac pro parte modernorum primicerii, præpositi, canonicorum ordinariorum ac capitulorum prædictorum asserentium præmissa in evidentem utilitatem et honorem, ac divini cultus augmentum ecclesiae majoris et universitati hujusmodi cedere, ac septem canonicatum et septem præbendarum minorum prædictorum insimul fructus, redditus et proventus nonaginta ducatorum auri de camera, secundum comunem estimationem, valorem annum non excedere, eidem Paulo prædecessori humiliter supplicato ut extinctioni, unioni, annexioni et incorporationi septem canonicatum et præbendarum hujusmodi, pro illorum subsistentia firmiori, robor apostolicæ confirmationis adjicere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaretur, idem Paulus prædecessor, qui antea inter alia voluerat, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis unire, tenerentur exprimere verum annum valorem secundum comunem estimationem prædictam, etiam beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, et idem observaretur in confirmationibus unionum jam factarum, quique votis illis gratum præstabat assensum, per quem ecclesiarum



quarumlibet, praesertim metropolitanarum, et personarum in eis divinis laudibus insistentium, statui et opportuna subventioni cum divini cultus augmento consulebatur, hiis quae propterea processerant, ut illibata persisterent, apostolici muniminis adjicendo firmitatem, modernos primicerium, praepositum, canonicos ordinarios praefatos, ipsorumque capitulorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existebant, ad effectum infrascriptorum dumtaxat consequendum absolvens, et absolutos fore censens, ac mensae capitularis ecclesiae majoris hujusmodi fructuum, reddituum et proventuum verum annum valorem pro expresso habens, hujusmodi supplicationibus inclinatus, sub data videlicet decimoseptimo kalendas septembris, pontificatus sui anno quintodecimo, extinctionem, unionem, annexionem et incorporationem canonicatum et praebendarum hujusmodi, ac prout illas concernebant, omnia et singula in dicto instrumento contenta, licita tamen et honesta, auctoritate apostolica et ex certa scientia approbavit et confirmavit, illasque perpetuo firmitatis robur obtinere et inviolabiliter observari, et plenum effectum sortiri; et sic per quoscumque, quavis auctoritate fungentes, iudices et personas, sublata eis et eorum cuilibet quavis alteri iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari, interpretari atque decidi debere, irritum quoque et inane, si secus super hiis a quoque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari, decrevit, supplens omnes et singulos tam juris quam facti defectus, si qui forsitan intervenissent in eisdem, non obstante voluntate sua praefata ac lateranensis concilii tunc novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et aliis apostolicis constitutionibus et ordinationibus, nec non earundem ecclesiarum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque. Ne autem de absolutione, approbatione, confirmatione, decreto et suppletionem praedictis, pro eo quod super illis dicti Pauli praedecessoris

ejus superveniente obitu, litterae non fuerunt confectae, valeat quomodolibet haesitari, ipsique moderni primicerius, praepositus, canonici ordinarii et capitula hujusmodi illorum frustrantur effectu, volumus, et similiter apostolica auctoritate decernimus, quod absolutio, approbatio, confirmatio, decretum et suppletio Pauli praedecessoris hujusmodi perinde, a dicta die decimo septimo kalendas septembris, suum sortiantur effectum, ac si super illis dicti Pauli praedecessoris litterae sub ejusdem diei data confectae fuissent, prout superius enarratur; quodque praesentes litterae ad probandum plene absolutionem, approbationem, confirmationem, decretum et suppletionem Pauli praedecessoris hujusmodi ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae voluntatis et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud s. Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quingentesimo quadragesimo nono, octavo kalendas martii, pontificatus nostri anno primo.

*Sign. G. Grolleti.*

*Bolla di scomunica contro i detentori, occupatori ed occultatori di cose, diritti e beni della fabbrica.*

Addi 18 marzo.

Paulus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio vicario venerabilis fratris nostri archiepiscopi mediolanensis in spiritualibus generali salutem et apostolicam benedictionem. Significaverunt nobis dilecti filii moderni magistri deputati nuncupati fabricae ecclesiae mediolanensis, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, in silvis et possessionibus dictae fabricae arbores et ligna combustibilia et aedificabilia ac operi applicabilia scindendo et asportando ac in suos usus convertendo, et notarios, qui de venditionibus, investituris simplicibus et livellariis, obligationibus, donationibus, assignationibus, pactis, testamentis, codicillis, legatis, protestationibus,

fidejussionibus et aliis instrumentis ad dictam fabricam pertinentibus rogati fuerunt, ac presbyteros, clericos, cantores, officiales, magistros operarios et alios dictae fabricae mercenarios, qui mercedem et salarium non data decenti exercitio et vocationi suis, prout par erat, opera indebite perceperunt, et eos a quibus legata, decimae, livelli, fictus, fideicommissi ac alia jura ad ipsam fabricam pertinentia debentur, revelare, nec non partem seu proventum quorundam immobilium honorum dictae fabricae ad medium proventus vel alias locatorum dictis significantibus juxta conventionem initam dare et assignare negligendo, nec non tam marmoreos quam alios lapides sectos et non sectos, ac laboratos et non laboratos dictae fabricae confringendo, nonnullaque mobilia et immobilia bona ad dictam fabricam legitime spectantia vendendo, ac de venditis computum et rationem debitam reddere non curando, terramque et sordes, rudera et alias materias damnosas et obscoenas in aream dictae ecclesiae et circum illam ac aliis illius locis latius specificandis advehendo et aggerendo, ac verum lignorum et ferri ac aliarum mercium dictae fabricae applicandarum numerum, pondus et integritatem assignare et dare non curando et ultra debitum exigendo, vinumque et aquaticum ac oleum et alia deteriora quam decebat consignando, ac Christiani fideles quominus de bonis suis eidem fabricae legarent, divertendo, et alias eisdem fabricae et significantibus quaedam gravia jacturas et damna in harum publicatione litterarum amplius et verius significanda nequiter intulerunt, et ad illa faciendum auxilium, consilium vel favorem dolose praestiterunt, ac census, fructus, redditus, proventus, livellos et alia jura, terras, domos, possessiones, vineas, hortos, campos, prata, pascua, nemora, silvas, arbores, arborum fructus, aquas, aquarum decursus, piscarias, accessus, rippas, fontanilia, vini, bladi, speltae, frumenti, siliginis, avenae, ordei, millii, lupinorum, fabarum, pisorum, vecciae, leguminum, olei, cerae compositae, auri, argenti monetati et non monetati, lini aptati et aptandi, canabis, peltri, aeris, lotoni, plumbi, operi applicati et non applicati, clavorum, feramentorum, catenacciorum, serarum, cambias et rusellas lotoneas et aliarum rerum quan-

titates, scopellos, frapos et alia ferramenta, pannos lineos, laneos, sericeos, vestes laneas et sericeas viriles et muliebres, paramenta etiam altarium, pallia, patenas, calices, superpellicia, camisas et alia linthea, galletas sericeas, lectos, plumaceos, lodices, cervicalia, clinteria, opercula et cooperturas lectorum, coelos, listas, tabulas, spalterias, tapetes depictas et alias telas, anulos, perlas, lapides preciosos, jocalia, fulcra, asseres, scanna, tripedes, cathedras diversas, abacos, scrinia, sedes, vasa vinaria, scalas lignamine diversorum specierum, vitinias, vitea, telaria ferrea aere fulta, asseres diversos, trabes, trabellos, lignamina nova et operi applicata, fenestris et hostiis et officinis apta ac combustibilia, marmoreos laboratos et alios lapides, medonos, piclonos, medoncos, copos, avenam, vivam et extinctam calcem, multas funes et alia utensilia, litteras, scripturas publicas et privatas, testamenta, codicillos et alia documenta et nonnulla alia mobilia et immobilia, in dicta executione seu publicatione etiam latius et verius declaranda, ad dictam fabricam ratione legatorum, donationum, subsidiorum et alias legitime spectantia temere et maliciose occultare et occulte detinere praesumunt, non curantes ea dicto significanti exhibere et revelare, ac de ipsis ac damnis et jacturis praemissis debito satisfacere in animarum suarum periculum, et significantium ac fabricae praedictorum non modicum detrimentum; super quo ipsi significantes apostolicae sedis remedium implorant. Quocirca discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes hujusmodi praemissorum occasione damnorum et jacturarum allatores, auxiliique, consilii vel favoris praestitores, ac bonorum et jurium, nec non praedictorum ac specificandorum detentores et concealatores occultos ex parte vestra publice in ecclesiis coram populo per te vel alium seu alios moneas, ut infra competentem terminum, quem eis praefixeris, ea dictis significantibus a se debita restituant et revelent, ac de ipsis et damnis ac jacturis praemissis plenam et debitam satisfactionem impendant; et si id non adimpleverint, infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc duxeris peremptorie praefigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferas, et eam

facias, ubi et quando expedire videris, usque ad satisfactionem et revelationem condignam solemniter publicari.

Datum Romae apud s. Petrum, anno incarnationis dominicae 1549, quartodecimo kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Sign. R. de Biscia.

Cum sigillo plumbeo pendenti.

*Unione della chiesa di s. Tecla  
alla Metropolitana.*

Lunedì, 8 aprile.

A tre dei deputati diedero l'incarico d'intervenire all'istromento, col quale prestare il consenso a nome della fabbrica per l'unione da farsi della chiesa di s. Tecla colla chiesa maggiore.

*Ordinamento della piazza.*

Giovedì, 6 giugno.

Audito magnifico domino Philippo Candiano, ex reverendis et magnificis dom. praefectis venerandae fabricae templi maximi Mediolani, dicente illustrissimum et excellentissimum dominum dom. Ferdinandum Gonzagam, caesarem locumtenentem in Statu Mediolani, magno teneri desiderio videndi plateam praedicti templi his modo et forma aptatam, quibus platea ipsa stare et permanere habet, postquam facies praedicti templi ad suum destinatum locum reportata erit, et hac de causa per illustrissimum dominum capitaneum justitiae Mediolani, et dominum Dominicum, praefati illustrissimi locumtenentis architectum, relatum fuisse plateam praedictam modo quo infra fore aptandam; quare praedicti reverendi et magnifici domini praefecti (ut par est et quantum vires praefatae fabricae suppetunt), desiderio praefati illustrissimi dom. locumtenentis satisfacere cupientes, tres eorum elegerunt et eligunt, reverendum juris utriusque doctorem dom. Jacobum Zerbum, magnificum dom. Jo. Baptistam Terzagum jurisconsultum et Philippum Candianum praefatae plateae praefectos, qui plateam ipsam modo praedicto aptari faciant, et quanto citius partem dictae plateae existentem inter copertum Figinorum

et spatia merzagororum modo quo supra aptari faciant, ut in praesentiarum nova forma et structura memoratae plateae inspicere possit, et exinde quantum vires praefatae fabricae suppetebunt, in opere praedicto, eo meliori modo quo fieri poterit, procedatur.

*Portico delle Bollette.*

Addì 16 giugno.

L'infrascritta misura si trova nelle scritture lassate per il quondam magistro Christoforo Lombardo, ingegniero della venerabile fabrica della chiesa maggiore et del comune di Milano, estratta per me Gio. Battista Lombardo, figliuolo del soprascritto.

Adì 16 giugno 1549.

Misura del sito del portico avanza di fuori della misura delli braza 4 1/2 del portico detto le bollette, cominciando dalla punta e verso la strada che traversa la piazza della chiesa maggiore di Milano, dov'è il suo solo vecchio.

La misura della gronda di più che viene sopra dello solo, s'è in margine segnata.

Gronda br. 2. In prima, il sito del banco è delli heredi del quondam magistro Francesco Reyna et di magistro Gio. Stefano Valasina, et è tuto la punta verso detta strada, et la sopraddetta piazza s'è dal canto verso detta strada br. 4, onz. 2. E più il sito avanza tra detto banco, et a trovare le dette br. 4 1/2 del novo portico se gl'ha da fare, sia largo br. 2, onz. 7, e tuto l'altro lato l'è br. 26 1/2, il quale veneria de magistro Gio. Battista Mezotta.

Gronda br. 2. Idem per il sito dietro a detto banco, dal canto verso la piazza, qual'è per scontro alla bottegha degl'heredi di Battista Bali, l'è largo br. 2, onz. 4, longo sin a trovare il portico, br. 6, onz. 9.

Gronda br. 2. Item per il sito di Battista Mezotto, longo br. 6, onz. 9, largo br. 6, onz. 3.

Item Gio. Dominico da Vertua, longo br. 7, onz. —, largo br. 8, onz. 4.

Gronda br. 2. Item Cesare et fratelli de' Pallavicini, longo br. 7, onz. 5, largo br. 3, onz. 4.

Gronda br. 2. E più per un altra partita, uno botegolo verso la piazza, e gl'è dentro un pozzo golduto per disopra per magistro Gasparo del Banchetto et magistro Gio. Am-

broasio Masola, l'è verso la piazza largo br. 5, onz. 4, con un puocco de sito apresso, et è longo br. 7, onz. 2.

Gronda br. 2. Item magistro Ventura Barbavara, longo br. 7, onz. 8, largo br. 8.

Gronda br. 2 7/12. Item magistro Ottaviano Reyna, longo br. 8, onz. 1, largo br. 8, onz. 1, in la qual gronda gl'è dentro un pozzo.

Gronda br. 3/4. Item magistra Angela Colomba di Visconti, longo br. 13, onz. 6, largo br. 7, onz. 6.

Io. Baptista Lombardus suprascriptam mensuram fideliter extraxi et pro fide subscripsi.

*Concessione*

*della piazza del Verzaro alla fabbrica  
in luogo di quella del Duomo.*

Addì 20 agosto.

Ferdinandus Gonzaga, princeps Melphicti, dux Ariani, caesariae majestatis in Italia capitaneus generalis et in dominio Mediolani locumtenens, etc. Inter alia hujus inclytae civitatis praeclara opera singulari quadam commendatione digna connumerari solet templum majus, quod ad honorem divae virginis Mariae constructum tanta impensa et arte conspicitur, ut non immerito maxima detineantur admiratione quicumque magnitudinem, artem et valorem ejus inspiciant; et licet eo tempore quo coeptum fuit, designatae fuerint ei, prout accepimus, partes, quae pro illius captu convenire debebant, et inter reliquas ante ejus faciem platea spaciosa, attamen crescente in die illius structura et ad finem properante, cognitum est plateam magnitudini operis non respondere, cum praesertim non parva pars ejus diversimode per alios occupata fuisset, jamque ad id propter ingentem populi et peregrinorum concursum deventum esse, ut quibus merces venales essent, capere non posset, parietibusque ipsius templi affixas tabernaculas quidam habere praesumerent, ut venalia exponere et mercari possent: huic rei, quae toti civitati dedecus et turpitudinem afferre videbatur, praesentique remedio indigebat, ex optimatibus civitatis quamplures a nobis petierunt, ut providere opportune vellemus, quo praesertim in publica omnium civium laetitia

et illaritate in adventu serenissimi domini nostri Hispaniarum principis templum et aream adornare possent; quibus morem gerere cupientes, re participata cum juris consultissimis et pro ipsa civitate agentibus, ac habito voto architectorum experientia et fide praedictorum, in eam sententiam comuniter fuit deventum, pro decore ejusdem templi expedire ecclesiam s. Teglæ, quae ex adverso stabat, tollere, quod et secundum ordinem alias decretum fuisse dicebatur, et ecclesiae illius dignitates et praebendas unire ecclesiae majori; quo facto poterat commode tantum spatii ex ipsa platea a fronte ipsius aedis vacuum dimitti, quantum ex demolitione ipsius ecclesiae eidem augebatur, et decori ipsi opportune consului. Res igitur haec cum executioni demandanda esset, agentes pro fabrica ejusdem templi majoris conquesti sunt in horum executione, quod plurima damna passuros esse, in primisque quod ex apotechis, quae circa templum stabant et submoveri volebant, utilitatem non parvam fabrica percipiebat; mox quod pro unione fienda necessitas illis imponebatur dandi annum redditum notabilis summae capitulo ecclesiae majoris, ultra quod providendum erat de congrua habitatione pro illo, qui rectoriam parochiae s. Teglæ facturus erat, et in expeditione unionis in curia romana non posse evitare, quominus sumptus maximos similiter facere haberent. Quibus auditis, ne propterea opus hoc, quod honorem et commodum publicum concernebat, differremus, efflagitante id majore civium parte, attento etiam quod ea res maximo extat ornamento principum curiae, quae templo proxima est, visum fuit nobis expedire, habita ratione praedictorum, infrascriptam plateam viridarii, vulgo nuncupatam *el verzaro*, ipsis fabriceris concedere, id maxime Caesaris majestati gratum fore pro certo habentes.

Quum igitur jam dicta ecclesia dictae s. Teglæ solo aequata sit, omniumque juditio provisiones hae decus, ornamentum, honorem et commodum praedictis templo et curiae imperiali afferant, et ipsi fabriceris supplicaverint ut promissa illis servare velimus, aequum nobis videtur eorum petitioni annuere. Quapropter imperiali qua fungimur auctoritate, ex certa scientia, et non per aliquem errorem

juris nec facti, et alias omnibus modo, jure via, causa et forma, quibus melius et validius possumus, in executione jamdictae promissionis et loco dictorum damnorum, damus et concedimus libere et absolute praefatis dominis fabriceris ipsius fabricae nomine totam plateam dicti viridarii, ea lege et conditione, quod praefati domini fabriceris teneantur super ipso viridario relinquere viam saltem brachiorum decem juxta domos et parietes tam privatorum quam curiae archiepiscopalis, circa ipsam plateam existentem, ad beneficium et usum viatorum, ac etiam vias tam pro plaustis quam aliter necessarias per medium ipsius plateae, et aream ipsam strari facere et stratas manutenere lapidibus coctis aut aliis, prout eisdem melius expedire videbitur, exceptis tamen dictis brachiis decem juxta dictas domos et parietes, ad quorum brachiorum decem stratae volumus et decernimus earum dominos teneri. Decernimus quoque et prohibemus nullum aedificium super dicta area construi posse, neminemque merces aut aliqua comestilia sub stilicidiis circumcirca existentibus et aliis viis, nec intra dicta brachia decem minus ante aedes archiepiscopales ecclesiamve s. Michaelis tenere posse. Jubemus praeterea et ita decernimus et mandamus quibuscumque habentibus domos circa dictam plateam, ne in eorum apothecis tam et in praesentiarum existentibus, quam in futurum construendis, nec in dictis eorum domibus vendere audeant nec vendi permittere pisces aliquos salitos, poma et fructus cujusvis generis, tam a regionibus januensibus et Venetiis, quam a quocumque loco et territorio in hanc civitatem Mediolani quoquo modo dellaturos et dellatura, minus etiam pullos et aves aut quadrupedes aliquos, tam domesticos quam silvestres, nec etiam pannos lineos aut cujusvis alterius generis, velamina, ut vulgo dicuntur, quae super platea dicti templi majoris alias vendi fuerint solita, aut super ea in praesentiarum venundantur, absque praefatorum dominorum fabriceriarum consensu et licentia, sub poena amissionis earum apothecarum et domorum ipso jure et facto ipsi fabricae applicandarum, si postquam moniti semel fuerint, non destiterint. Volumus insuper praefatos fabricerios strari facere et stratam manutenere medietatem viae, qua itur

ex strata compitali ad ipsum viridarium, et hoc versus parietem marmoream praefatae fabricae, super qua medietate secus dictum parietem marmoreum liceat praefatis dominis fabriceris vendi facere pisces cujusvis generis et alia hujusmodi ad beneficium, utilitatem et commodum dictae fabricae. Decernimus quoque, quod dicti domini fabriceris praesentes et qui per tempora erunt, et omnes alii, qui quoquo modo possent praetendere jus, non possint alicui personae, cujusvis qualitatis aut conditionis existat, locare aut alio quovis modo concedere aliquam partem plateae templi majoris, aut aliquo modo occupare quantum sit a via appellata Bursinariorum, qua itur per transversum ejusdem plateae ad ipsam curiam, usque ad parietes ipsius templi, quoniam eam partem vacuum dimitti et a nemine occupari volumus; et inter apothecas, quae sunt ab utraque parte ipsius plateae ultra dictam viam, teneantur dimittere per medium viam latam brachiorum viginti sex, prout est de praesenti; ab ea parte autem, qua aedes divae Tegrae inerant, teneantur relinquere aditum liberum et expeditum, et inter domos privatorum et tabernas, quae sunt ab utroque latere plateae, relinquatur spatium brachiorum septem, quod a nemine occupari possit, ut viatores commode transire possint. Quam quidem concessionem modo quo supra facimus cum cessione jurium et translatione domini et possessionis, constitutione missi et procuratoris in rem propriam, constituentibus nos ea omnia tenere et possidere, donec de ipsis possessionem seu quasi acceperint, cujus capiendae liberam illis facimus potestatem; mandantes illustrissimis, reverendissimis et magnificis domino praesidi et senatoribus, domino praesidi et magistris intratarum, vicario et duodecim provisionum comunis Mediolani, ceterisque ad quos spectat et spectabit, ut dictos dominos fabricerios dicto nomine seu eorum legitimos syndicos et procuratores in possessionem seu quasi dictorum bonorum et jurium modo quo supra ponant, positosque tueantur et defendant, et has nostras concessionis litteras observent et observari faciant, aliquibus legibus, statutis, ordinibus, constitutionibus, provisionibus aut aliis in contrarium facientibus, aut aliam formam dantibus non attentis, qui

bus omnibus, quantum huic nostrae obstant concessioni, auctoritate praedicta derogamus et derogatum esse volumus.

In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas fieri et registrari jussimus, nostri sigilli impressione muniri.

Datum Mediolani, 20 augusti 1549.

Sign. Ferdinandus.

Vidit Taberna.

Augustinus Montius.

Cum sigillo impresso in cera rubea.

*Prezzo d'affitto dei beni di Longolo, pieve di Rosate.*

Lunedì, 16 settembre.

Fatta come il solito l'asta, deliberarono l'affitto novennale dei beni di Longolo, pieve di Rosate, per s. 33 1/2 imp. alla pertica.

*Disegno della piazza del Verzaro (ora Fontana).*

Giovedì, 17 ottobre.

Delatis et exhibitis in reverendo Capitulo reverendorum et magnificorum dom. praefectorum venerandae fabricae templi maximi Mediolani duobus designis formae plateae viridarii (quod vulgo dicitur *el verzero*), quae quidem designa superioribus diebus etiam ostensa fuerunt illustrissimo et supremo caesareo cancellario et illustrissimo capitaneo justitiae Mediolani, et ut platea praedicti viridarii aptetur et soleatur, ordinatum est, etiam ex voto praefatorum illustrissimorum supremi cancellarii et capitanei justitiae, illud designum gialdum signatum A ex recitatis duobus designis esse exequendum et executioni demandandum, et praedictam plateam juxta formam praedicti electi designi, quam citius fieri poterit, esse aptandam (1) et aptari debere.

(1) Non è però il disegno presente, che venne eseguito, solo in parte, allo scorcio del secolo passato, quando il verzaro fu trasferito davanti a s. Stefano.

*Prezzo d'affitto dei dazj d'Abbiategrosso.*

Lunedì, 4 novembre.

Previo l'incanto, deliberarono l'affitto triennale dei dazj di pane, vino e carni nel borgo di Abbiategrosso per il prezzo di l. 1980 imp.

*Contributo alla ricostruzione della colonna del Leone in porta orientale.*

Giovedì, 14 novembre.

La comunità di Milano chiedeva che dovessero i deputati della fabbrica contribuire alla ricostruzione del pilastro del leone in porta orientale, parrocchia di s. Babila, perchè, in occasione dell'oblazione annua della porta, costumavano radunarsi in quella località, ed appoggiarvi i cilostri ed i danari raccolti. Per di più, dicevasi che in mancanza di tale contributo, i vicini di quella parrocchia avrebbero d'ora innanzi sospeso le loro oblazioni. I deputati deliberarono che ad impedire gli scandali ed il mal esempio per la ritenzione delle oblazioni, si dovesse contribuire alla comunità per detta opera la somma di l. 200.

Addì 24 dicembre.

Reverendo domino Gaspari Fagnano l. 270 imp. pro resto portionis tangentis fabricae pro pretio manufacturae crucis auri praefatae fabricae.

Capitulo et mensae capitulari reverendorum dominorum primicerii, praepositi, decani et aliorum ordinariorum et canonicorum minorum residentium alias ecclesiae s. Tegrae Mediolani, nunc unitae cum praefata ecclesia majori Mediolani, l. 1565, s. 0, d. 8 imp., et hoc causa et occasione praedictae unionis factae ut supra juxta formam instrumenti superinde confecti, rogati per dominum Johannem Petrum de Bernadigio, notarium curiae archiepiscopalis Mediolani.

1550.

*Vicario della curia arcivescovile:* Andrea Ruberto; ai 28 maggio Giacomo Zerbo.

*Vicario di provvisione:* Pietro Antonio Ciocca.

*Ordinari:* Gio. Antonio Ajroldi, Gio. Andrea Rozio e Alessandro Visconti prevosto.

*Dottori di collegio:* Gio. Anselmo de' Badagio, Bartolomeo Capra e Alessandro Castiglioni.

*Deputati delle porte:* orientale, Baldassare Capra e Bernardo della Croce capitano; romana, Alessandro Alifero e Ludovico de' Conti; ticinese, Gaspare Birago e Carlo de' Rho; vercellina, Filippo Candiano e Gerolamo Castelletto; comasina, Galeazzo Pecchio e Ippolito Piola; nuova, Gerolamo Archinto e Gio. Battista Crivello.

Addi 11 gennaio.

Federico de Caymis, occasione totidem per eum expendorum in libris 20 candellarum sepi, dono datis magnifico juris utriusque doctori domino Petro Antonio de Giochis, vicario officio provisionum communis Mediolani, l. 9, s. 10, d. 6.

*Ratifica fatta dal Tribunale di Provvisione della concessione della piazza del Verzaro alla fabbrica.*

Addi 20 febbraio.

Petrus Antonius Chiocha, juris utriusque doctor, vicarius, et duodecim provisionum magnificae communis Mediolani. Exposuerunt nobis superioribus diebus praefecti venerandae fabricae ecclesiae majoris Mediolani illustrissimum et excellentissimum dominum don Ferdinandum Gonzagham, caesareae majestatis in Italia capitaneum generalem et in dominio Mediolani locumtenentem, eidem venerabili fabricae concessisse publicam plateam viridarii hujus inclitae civitatis Mediolani, quam vulgo verzarium appellant, concessisseque etiam licentiam et facultatem praefatis dominis praefectis vendi faciendipisces cujusvis generis ac alia hujusmodi ad beneficium, utilitatem et commodum praefatae fabricae super medietate stratae, qua itur ex strata compitali ad ipsum viridarium, et hoc versus parietem mar-

moreum praefatae fabricae, dignis quidem de causis ita suadentibus, et cum nonnullis conditionibus in ipsa concessione recitatis, et prout latius in litteris excellentiae suae superinde concessis continetur, quae hujusmodi sunt tenoris, videlicet:

Ferdinandus Gonzaga princ. Melficti, etc. (1).

Petieruntque a nobis, ut cum agatur de fabricae praedictae commodo, et templi ipsius sublimitate amplitudineque et beneficio, concessioni praenarratae assentiri vellemus. Nos igitur non ignari quantum utilitatis et commodi eidem fabricae allatura sit concessio ipsa, quantumque publico decori et ornamento conveniat, re ipsa in medium adducta diligenterque et mature considerata, et ad longum tractata et discussa, omnes unanimes nemineque discrepante in hanc devenimus sententiam. petitioni praedictae quamlibet animo annuendum fore. Propterea tenore praesentium ex certa scientia et non per aliquem errorem juris vel facti, et alias omnibus modo, jure, via, causa et forma, quibus melius et validius possumus, concessioni praedictae assentimur, et illam ratificamus et approbamus, omneque jus ac omnem actionem ipsi magnificae communitati quomodolibet competens et spectans ac competentem et spectantem in ipsam venerabilem fabricam transferimus, ac translatum et ei acquisitum esse volumus. Et haec omnia cum

(1) Vedi il documento 20 agosto 1549.

[1550]

his semper legibus et conditionibus et solemnitatibus latius descriptis et contentis in praefatis litteris memoratae concessionis, quas hic pro sufficienter descriptis et appositis haberi volumus. In quorum fidem praesentes fieri jussimus, et sigilli praefatae communis impressione muniri.

Datum Mediolani, die vigesimo februarii 1550.

Vicarius et duodecim provisionum magnificae communis Mediolani.

Johannes Antonius Spanzotta, provisionum et communis Mediolani notarius et cancellarius subscripsit.

Lunedì, 17 marzo.

Vendesi ai pubblici incanti il materiale proveniente dalla demolizione della chiesa di s. Tecla.

Addi 24 marzo.

Magistro Polasio de Arcimboldis, pictori, pro pictura facta certae ymaginis in sacristia reverendorum dominorum Ordinariorum, l. 5.

Addi 22 aprile.

L. 4, s. 17, d. 6, domino reverendo Antonio de Carcano, occasione pretii brach. 13 tellae albae pro fatienco confalonos s. Teglae et s. Victoris ad Crucetam.

*Ragguagli monetarii.*

Lunedì, 28 aprile.

Ordinatum est quod ex primis denariis, qui pervenient ex pretio honorum de la Majera, vendendorum per agentes nomine praefatae fabricae templi maximi Mediolani, deponantur penes magnificum dominum Carolum de Rhaude, ex praefatis dominis praefectis, scuta 175 auri, quae petuntur per agentes nomine venerandi hospitalis majoris Mediolani praefatae fabricae et agentibus pro ea, videlicet l. 883, s. 15 imp., quae petuntur causa totidem denariorum per agentes praefati hospitalis, ut asseritur, solutorum nonnullis personis pro praefata fabrica, causa cuncti subventionis scutorum 31,378 fa-

319

ctae per ecclesias et loca pia Mediolani illustrissimis capitaneis caesareae majestatis generalibus, de annis 1526 et 1528.

*Prezzo di stabili irrigatorii nei Corpi Santi di porta vercellina.*

Lunedì, 5 maggio.

Deliberarono all'incanto la vendita della possessione della Majera nei Corpi Santi di porta vercellina di Milano, coi suoi diritti d'acqua (1), per l. 26, s. 5 imp. per ogni pertica.

Domino Christoforo Scarilli, sollicitatori apud illustrissimum et excellentissimum dominum dom. don Ferrandum, propter ruynam factam et fiendam de burgis portae cumanae Mediolani propter novam fortificationem; et hoc pro contingenti portione spectanti praefatae fabri-

(1) Quanto ad irrigazione, abbiamo già trovato come antico ne fosse il nostro sistema. L'Archivio di Stato ha un decreto 6 giugno 1496, con cui Lodovico Sforza concede un diritto d'acqua del Naviglio. Che tali concessioni dovessero domandarsi al principe, si raccoglie da questa petizione, che sta nell'Archivio stesso:

« Illustrissimi et molto magnifici signori presidenti et maestri de le Regie Ducali entrate del Stato de Milano.

« In esecuzione de una commissione a me fatta per la S. V. circa la richiesta fatta per messer Valerio Foppa et messer Baldesar Biffo, di poter fare un bocchello sopra la Rogia de Giessate, territorio de Inzago, per il qual possino derivar onze 7 e meza de le aque del Navillio de Martesana per giorni 4 continui, cioè il prefato Foppa per sei giorni de accadauni giorni 9, et il detto Biffo per uno giorno de li detti giorni nove, per vigor de suoi allegati privilegii. Et in caso che per alcuno impedimento dette aque no potessero decorrere per detto bochetto, che dette onze 7 e meza si possono estrarre per un'altra boca de la Regia Ducal Camera. Io sopra questo havendo bene considerato unanime cum Bernardino Lonato, ingegnere de la prefata Camera, trovo per diverse informazione havute, che le S. V. puono conceder a detto Foppa et Biffo di far esso bochetto sopra detta Roggia de Giessate di estrarre dette onze 7 e meza di aqua li quattro giorni sopradetti, ma che loro siano obbligati a far fondare la rogia, et tor via li altri impedimenti, se alcuno glie ne sono, a spese loro e senza danno de la Regia Ducal Camera, e cosi è il mio parer; et fidelmente riferisco alle prefate S. V., alle quali bascio le mane.

In Milano, alli XXVIII april 1536.

De Vostra Illustrissima Signoria

Colega et Ingegnere Francesco Castelletto.

La decisione favorevole è del 6 maggio.

caae propter domum ipsius fabricae, quae est in burgo s. Annae (1), l. 33.

*Corrispettivo pel diritto di stadera sulla piazza.*

Lunedì, 12 maggio.

Deliberarono all'asta per l'annuo prezzo di l. 120 il diritto di stadera della piazza, consistente nel pesare legumi, ortaggi e frutta sulla piazza, di ragione della chiesa maggiore, e pesci nella periferia della fabbrica, se però le compete quel diritto relativamente ai pesci.

*Pifferari del castello per la solennità delle oblazioni.*

Ordinatum est quod in oblationibus faciendis in futurum praefatae fabricae per portas urbis Mediolani singulo anno juxta solitum, accipiantur pifferi, qui modo sunt, si fuerint praesentes, castris Mediolani, et eis dentur et solvantur singulis annis l. 75 imp., in quibus intervenient in omnibus oblationibus cujuslibet anni, pro eorum mercede pulsandi pifferorum instrumenta juxta solitum.

Addi 28 maggio.

Johanni Mariae de Canobio, pro cent. 4,75 hederæ pro adornando januas praefatae majoris ecclesiae pro intrata reverendissimi domini archiepiscopi Mediolani Johannis Angeli Arcimbaldi, l. 4, s. 5, d. 6.

(1) Alla chiesa antica di s. Anna, nella quale i Milanesi depositarono una volta nel 1285 il loro carroccio, era annesso un chiostro di monache, trasferite poi in quello di s. Apollinare. Vi subentrarono i frati dell'ordine di s. Gerolamo da Fiesole. Ma il duca Francesco Sforza la demolì per ampliare le fortificazioni del castello, costruendo nuova chiesa e chiostro sul lato occidentale dell'attuale corso di porta comasina, allora via suburbana, a circa 370 braccia in là della chiesa di s. Simpliciano, dando così il proprio nome alla via. I ruderi della chiesa antica vedevansi ancora a' tempi del Latuada, e furono allora affatto distrutti nella sistemazione della piazza Castello. Nel nuovo chiostro si trasferirono i frati, costretti ad abbandonare il vecchio, ma estinto quell'ordine, succedettero i Teatini, che vi rimasero sino all'ultima soppressione della chiesa e del convento.

Addi 27 giugno.

Magistro Blasio pictori pro insigniis per eum factis pro intrata reverendissimi domini Johannis archiepiscopi, l. 41, s. 11.

*Riordinamento della piazza del Duomo.*

Lunedì, 30 giugno.

Ordinaverunt et ordinant ex commissione illustrissimi et excellentissimi domini dom. Ferdinandi Gonzaghae, caesarei gubernatoris Status Mediolani, plateam ecclesiae majoris esse aequandam ad illum ordinem coeptum versus copertum Figinorum, et hoc quam citius fieri potest.

Giovedì, 3 luglio.

Ordinarono doversi d'ora innanzi pagare ogni anno l. 140 ai notaj e mazzecconi della chiesa, invece del provento delle cinque botteghe, altre volte costrutte presso la chiesa dalla parte respiciente la pubblica strada, detta Compito, essendo esse state in questi giorni demolite.

*Prezzi del marmo da cederai ai frati della Certosa di Pavia.*

Lunedì, 7 luglio.

Onde diminuire la spesa degli operai, che lavorano alle cave di marmo del Mergozzone e della Ganduglia, la quale spesa ascende a l. 200 al mese, ordinarono ridurla a mensili l. 130, ed inoltre di vendere il marmo scavato ai frati della Certosa di Pavia, che complessivamente è di sei navi, per i seguenti prezzi: di s. 16 al centinajo dei pezzi da 3 a 20 centinaja; di s. 22 per pezzi da 20 a 40 cent., e di s. 25 per quelli dai 40 ai 60.

*Pretore di Volpedo.*

Venerdì, 11 agosto.

Avendo Gerolamo Gallerato finito il suo ufficio di pretore di Volpedo, vi nominarono il nobile Giorgio de' Bussero.

*Francesco Alciato e Gerolamo de' Monti giureconsulti.*

Giovedì, 28 agosto.

Praefati reverendi et magnifici dom. praefecti praefatae venerabilis fabricae templi maximi Mediolani, attento quod magnificus jureconsultus dominus Franciscus Alziatus publice legit in urbe Papiæ, elegerunt et eligunt magnificum jureconsultum dominum Hyeronymum de Monte in advocatum praefatae fabricae, loco praefati magnifici domini Alziati, alias advocati praefatae fabricae.

Lunedì, 15 settembre.

Ordinarono all'architetto della fabbrica di procedere insieme con Dionisio da Varese, architetto del comune di Milano eletto da Tommaso de' Grassi, alla stima dello spazio di terra della piazza da darsi in enfiteusi al detto Tommaso, giusta l'ordinanza fatta dall'illustrissimo Francesco Taverna, supremo cancelliere nello Stato di Milano.

Addi 20 settembre.

Domino Andreae de Anono, pro resto conducturae candelabri magni lotoni conducti a partibus Galliae Mediolanum in mensibus praeteritis . . .

*Definizione di diritti civili pronunziata dall'autorità ecclesiastica.*

Mercoledì, 10 dicembre.

Reverendissimus dominus dom. Johannes Angelus Arcimbaldus, sanctae mediolanensis ecclesiae archiepiscopus, re participata cum magnifico jureconsulto domino Johanne Ambrosio de Curionibus de negotio edocto, et etiam de suis consilio et apparere, pro tribunali sedens super quadam cathedra posita in archiepiscopo-

pali pallatio Mediolani, ordinavit et declaravit, quod praefati reverendi et magnifici domini deputati venerandae fabricae ecclesiae majoris Mediolani possint et eis liceat locare quibus voluerint spatium illud, seu spatia stratae factae ex ruina ambarum capellarum ecclesiae s. Michaelis, et br. 7 et onz. 7 stratae existentis ante sbarras cimiterii dictae ecclesiae s. Michaelis, existentes versus domum Zanini de Boledo, reservato tamem auditu br. 2 et onz. 7, inter dicta br. 7 et onz. 7 et dicta spatia terrae ut supra, et etiam reservatis br. 5 et onz. 2 stratae existentis ante hostium et fenestras domus praedictae ecclesiae; et hoc pro usu dom. rectoris dictae ecclesiae s. Michaelis; et quae quidem br. 5 et onz. 2 non possint aliquo modo impediri nec locari per praefatum dom. rectorem, ita tamen quod praefati reverendi et magnifici dom. deputati teneantur dare et solvere praefato dom. rectori dictae ecclesiae l. 80 imp. singulo anno; et hoc donec et quousque praefati dom. fabricerii et fabrica habebunt et tenebunt dictum spatium seu spatia terrae tantum, et non ultra.

Addi 16 dicembre.

Domino presbytero Johanni Jacobo de Monte, rectori s. Michaelis subtus domum Mediolani, l. 80, pro omni et toto eo, quod petere possit praefatae fabricae pro demolitione illarum duarum capellarum dictae ecclesiae s. Michaelis; et hoc in executione unius ordinationis factae per reverendum dominum archiepiscopum.

Addi 31 dicembre.

Magistro Conrado de Colonia et famulo, pro eorum salario, incipiendo a mense januarii usque ad praesentem mensem, l. 270, s. 8.

Magistro Blasio Arcimbaldus, pictori, pro ejus mercede pingendi quadros 34 pro usu invedriatarum praefatae majoris ecclesiae, l. 51.

Magister Vincentius de Serenio ingigniaris fabricae, pro ejus salario ad mensem, l. 18.